N. Inv. 1383.

Liber [illegible]
[illegible] folio p°
[illegible] 12
[illegible] 44
[illegible] 76
[illegible] Hugonis [illegible] 90
[illegible] Hugonis [illegible] 103
[illegible] Hugo [illegible] 109
[illegible] Hugo [illegible] 118 folio
[illegible] 122
[illegible] 122
[illegible] 122
[illegible] abbatis [illegible] 122 folio
[illegible] 133 fo
[illegible] 122 folio
[illegible] 151 folio
[illegible] 161
[illegible] 180
[illegible] 228
[illegible] 222
[illegible] Hugo [illegible] 222 [illegible] 225 [illegible]
Hugo [illegible] 226
[illegible] 271
[illegible] 270
[illegible] 276
[illegible] 282
[illegible] 270
[illegible] 289
[illegible] 299
[illegible]
[illegible]
[illegible] 301
[illegible] 313 folio
[illegible] 318 folio
[illegible] 323
[illegible] 324 folio
[illegible]
[illegible] 370
[illegible] 368
[illegible] 369

Varia ut patet supra
ex Indice

de philis et multis
sapientibus [illegible]
nove Richardi
de contemplatione

De contemplatione eiusque commendatione. Quam sit utilis vel grata hec gracia proficientibus mea

De contemplationis proprietate vel in quo differat a meditatione vel cogitatione

Distinctio singulorum contemplationis meditationis cogitationis

Quod contemplationis modus multiformiter agitur

Quot sint vel que contemplationum genera

Quot sint quibus communia

Que sint singulorum propria

Quia de eorum proportione videatur vel quomodo invicem permisceri soleant

Quod nos ex celi presentia adiuva... sex contemplationum genera perfinant

Quomodo prima quatuor contemplationum genera mistice describuntur

Quomodo novissima duo contemplationum genera mistice designentur

Quod primum contemplationis genus consistit in consideratione et admiratione rerum visibilium

Quam sit copiosa contemplationis huius materia vel quomodo se philosophi converterunt mea

De triplici distinctione prime speculationis

Quod primus gradus huius speculationis consideratur in materia forma et natura

Quod secundus gradus consistit in operatione nature et industrie

Quod tertius huius speculationis gradus consistit tam in humanis quam in divinis institutionibus

Quod secundum contemplationis genus constat in consideratione et admiratione rerum visibilium ...

Quam sit copiosa huius contemplationis materia

Quo plures se in hac contemplationis materia converterunt

De distinctione secunde contemplationis

De proprietate secunde contemplationis

De tertio contemplationis genere

Quomodo in hac contemplatione qui incipit homo fiat spiritalis

De distinctione eorum que ad hanc speculationem pertinent

Quod hec contemplationis genus recte in v gradus dividitur

Quod illa que ad hanc speculationem pertinent aliter ad huc distingui possunt

Quod in hac speculatione corporee similitudinis manuductione utimur

Quod hec contemplationis genus consistat in ratione secundum imaginationem

Quomodo ad premissa vel opera dei pertineant quecumque radius contemplationis perstringit

Quomodo dei sapientia cum sit simplex et una diversis considerationibus in contemplationem adducitur ... scientia modo prescientia modo ... providentia vel predestinatio nominatur

Quod divina sapientia secundum diversas contemplationis modos in quibusdam invenitur mirabilior in quibusdam iocundior

Illa qua speculatione divina prescientia vel scientia appareat mirabilior

Illa qua speculatione divina predestinatio appareat iocundior

Illa qua rerum speculatione solet divina dispositio iocundior apparere

Quod contemplationis nostre spectaculum semper comitari debeat magna admiratio et ingens exultatio

Quod secundum modum admirationis et exultationis variatur modus contemplationis

Quod in omni rerum mirabilium contemplatione necesse sit divine sapientie

consideracionum in theorie | tabula 3e partis

De materia quarte contemplacionis cuiusque spectate

Quomodo differat vel quantum emineat hec contemplacionis genus primo vel secundo

Item quomodo differat vel superbo differat vel quantum supereminet tercio | eminet sexto

Quantum valeat fortiter insistere contemplacioni vel quo adiuvare proficiat mens ad multa consideracione et cognicione sui

Quomodo ex speculacione sui spiritalium intelligencia comparatur seu eciam amissa reparatur

Quomodo ex speculacione sui accepta intelligencia ab omnia dilatatur

De sensu triplici per quos discurrere habet consideracio sui

De sensu intellectuali quo solo possunt invisibilia videri

De intellectuali specula eiusque supereminencia

De triplici distinccione quarte speculacionis

De subdistinccione primi gradus huius contemplacionis

Quomodo in primo huius contemplacionis gradu mens exercere se debeat [...]ignant eiusmodi exercitacio valeat

De signacio eorum que in hoc speculacionis gradu comprehendi non possunt

Quod nec illa negligere debemus que non nisi excepte comprehendimus

De distinccione secundi gradus huius contemplacionis

Quod quedam similiter in secundo huius contemplacionis gradu sunt que comprehendi non possunt

De prima et secunda distinccione huius contemplacionis eorumque differencia

Quod nullo modo comprehendi valeat que ad terciam distinccionem spectant

Quomodo hoc contemplacionis genus possit in quinque gradus dividi et que pertineant ad primum gradum

De consideracione eorum que pertinent ad gradum secundum

De consideracione eorum que pertinent ad gradum tercium

De consideracione eorum que pertinent ad gradum quartum

De consideracione eorum que pertinent ad gradum quintum | tabula quarte partis

De quinto et sexto contemplacionis genere

Quod vere humanam excedunt ad has novissimas speculacionum species

Quod ea que supra racionem sunt gemina distinccione distingui possunt et que contra racionem subsunt

Quam sint aliena ab omni imaginacione que pertinent ad has contemplaciones

Que sit supereminencia harum novissimarum contemplacionum

Quam sit arduum vel difficile in hec novissima contemplacionum genera sibi capere

Quod frustra homo ad has theoricas accessus nititur nisi divinis revelacionibus admittitur

Quod quinta contemplacio quasdam similitudines racionum admittit

Sextum minus tocius similitudinis proprietate excedit

Quomodo per hec duo contemplacionum genera comparatur augetur amor et approbacio sui

De cum quanta animi aviditate debeant vel soleant spirituales viri novissimis contemplacionum generibus inhiare

Quomodo post multam desideriorum fatigacionem alii soleant alii non soleant a propria sui dignitate supra semetipsos levari

Quod ea que per excessum mentis solent videri alia sunt alia omnino non possunt ad communem intelligenciam inclinari

Quod omni hora anima sancta et contemplativa ad susceptionem gracie debeat esse parata

Quam sit paucorum ad susceptionem gracie tam semper esse parata

Quam sit arduum vel difficile per excessum mentis anime seipsam a semetipsam totam colligere et in ipso divinitatis desiderio requiescere

Quam sit pene impossibile animus anime seipsam extra semetipsam tota effundere et supra semetipsam ire

3

De ethis que spaliter ptinet ad spitu
genus contemplacionis
De etis que spaliter ptinet ad sxt
genus contemplacionis
De mutua collacione duorum no
uissimarum speculorum
De mutua collacione trium nouis
simarum speculorum
Quod frequentacionem trium noui
ssimarum speculorum sepe comitetur
frequencia diuinarum reuelacionum
Quod in omni contemplacione que
contingat contemplantem inte
accedere
Quod de accedendi donum alii for
tuitu habent alii iam quasi consuetudine
possident capitula quarte partis

Quod tribus modis in gratiam
contemplacionis proficimus
Quibus modis solent omnis conte
placionis contingere mentis videlicet
dilatacione mentis sublevacione
mentis alienacione
De mentis dilatacione quibus mo
dis solet acrescere
De mentis sublevacione quibus
solent gradibus assurgere
Quod triplici de causa solent
humane mentis accessus
Quod plus excedendi modus surgat
ex magnitudine devocionis
Quod primus excedendi modus qui
fiat ex sola fervencie desiderii
consumacione
Quod primus excedendi modus
quique fiat tamen ex festinati devo
cione quam ex admixta sibi divina
revelacione
Quod secundus excedendi modus
fieri solet ex magnitudine admi
racionis
Quod secundus excedendi modus quique
ex sola admiracione incipit et
in fructissimum devocionis desiderium
desinit
Quod secundus excedendi modus quique
ex sola admiracione inchoat et in
eodem tenore perseverat
Quod in secundo excedendi modo
quique diuina revelacione intra me
ditacionem occurrit

Quod in tercio excedendi modo divina
revelacio quique et intra meditacionem
preveniunt
Quod tercius excedendi modus
fieri solet ex magnitudine iocun
ditatis
Quod quique mentis excessus
humane industrie vel muti mo
accedit
Quod initio maxime excedendi
modo totum ex divino pendet beneficio
Ubi adhuc tamen eiusmodi gracie
gradum proficiat unde indipiscendi
adminiculari possit
Quibus maxime solet valere
adiminiculacionem huius gracie
Quibus gradibus crescent humane
mentis accessus. De contemplacione eius
et commendacione capitulum primum

Mysticam illam moysi archam
libet si liceat conspiracionis
illius nomine qui habet clavem scie
expositione vel aliquid reserare
et si quid adhuc in hec archa in
divinorum secretariis secum que re
conditus repositum latet quanta
dignitate ad aliquorum
utilitate eam possit non nos
pigebit in publicum exponere
et in commune proponere. multa
que reliquae materia utiliter iam dicta
sunt. Restat adhuc multa que
de eadem adhuc utiliter dici possunt.
Quid iuxta allegoricum sensum
hec archa mistice designet vel
quo Christum significet a doctoribus
iam ante nos dictum et perspicaciter
vobis pertractatum. Nec ideo tamen
temeritatis incurrimus ire nos
suspicatum si aliquid ineadem adhuc
materiam moralem loquamur. Veruntamen
ut ei nobis materie studiosa
pertractatio amplius dulcescat
eiusque desiderii in eius admiracionem
vehemencius trahat cogitemus
quid ille ipsarum ex nomine decet

Tractatus moysi

¶ continuat ho. A. ei. quaedam

senciat qui eam archam sanctificacionis vocat. Surge in requiem domine
in requiem tuam tu et archa sanctificacionis tue. Archa sanctificacionis
Dicturus an hoc nomen vere sibi, que dicitur archa sanctificacionis dili-
gent attendere et perfunde retinere quod hec quaesit dicitur archa sancti-
ficacionis illius quibus doctor noster precepit dicens Sancti estote sicut et
ego sanctus sum. Vos igitur qui sanctificamini hodie et cras in diem domini
nolite negligenter attendere quid sibi velit quod dicitur archa sanctifica-
cionis. Sed si moysi creditur nunc scimus quod quicunque tetigit eam sancti-
ficabitur. Si omnino sic est multo amplius plus oportet eam tangere si non
sanctificacionis erit alia. Et si quis merueritur in nobis minus sicut
ille de ramatham indutus vestimentis gloriae sicut decet summum ponti-
ficem dignus sit intrare in sancta sanctorum ut possit non solum videre
sed et tangere hanc que dicitur archa sanctificacionis et cumulet ab in-
mundicijs suis. Sed quid de illo dicam sicut forte dicta est clavis sanc-
tae qui aperit et nemo claudit ut possit videre quid intus habet
hec archa sanctificacionis. Puto enim precipuum aliquid in hac archa
reperturum. Sed multum vellem scire quid sit hec archa que possit sanctificare
accedentes ut merito dicatur archa sanctificacionis. De sapientia autem non
dubito quin ipsa sit que vincit maliciam. Scio nichilominus quia quicunque
sanati sunt ab inicio per sapientiam sanati sunt. Sed et hoc satis con-
stat neminem posse placere deo nisi fuerit sapientia cum eo. Et ne dubitet
ad sanctificacionem pertinere hominem mundari ab omni immundicia sua, merito
contaminat hominem purgatur ab omni malicia et nequicia. Hec enim sunt que
... Purgat autem per sapientiam quae fortior superve-
niens vincit maliciam ut pote attingens a fine usque ad finem
... et disponens omnia suaviter. Et hoc ipsum sic purgari
est ut arbitror sanctificari. Precepturus dominus moysi de construccione
tabernaculi primo omnium instruxit eum de archa fabricanda ut
exordio inmineret propter illam cetera omnia esse facienda. Precipuum et
principale sacrarium archam fuisse puto nemo dubitat ex omnibus
illis que tabernaculum federis continebat. Invenitur igitur quam
certum significare possit illud sacrarium quod ceteris omnibus dignius
fuit facile occurrit nisi forte quis dubitet quod maria optimam
partem elegit. Sed que est ista pars optima quam maria elegit nisi
vacare et videre quam suavis est deus. Nam martha ut scriptura
dicebat circa frequens ministerium satagebat; Maria vero sedens secus pedes domini au-
diebat verbum illius. Summa itaque est sapientiam in carne veritatem
quam oculis carnis videre non poterat audiendo intelligebat et
veritatis contemplacioni vacabat. Hec est pars que elata et perfe-
cta nunquam auferetur. Hoc sane negari quod nullo fine terminatur
nam veritatis contemplacio in hac vita inchoatur sed in futuro
iugi perpetuitate celebratur. Nutritur sane contemplacionem
homo et eruditur ad iusticia et consummatur ad gloriam. Videte
ergo quam vere gratia contemplacionis meo sacrario intelligitur
quod ceteris omnibus in de tabernaculo quadam sui dignitate prefertur.

R. Ab inicio quicunque sanati sunt per sapientiam sanati sunt

S. Maria optimam partem elegit

T. Veritatis contemplacio hic inchoatur in futuro iugi perpetuitate celebratur

Marginalia: Archa sanctificacionis · Doctor noster · Vir de Ramath · ¶ De sapientia: Vincit maliciam · Placere deo non potest · ¶ Ad sanctificacionem pertinet · ¶ Purgat · ¶ Sapientia · ¶ Moysi preceptum de archa videns · ¶ Pars optima: Que sit videbis

A. Acquirim singularis gra et singularit prefenda pquam impti sctificamur et in futuro beatificamur. Si igitur parcham sanctificacois recte intelligr gra sctificacois multo plus gra appetitur. quia qui accipit no solum emundat sz et sctificat. Absqz dubio nichil sic cor ab omi mundano amore emundat ut sic animi ad celestem amorem inflammat. Spaciuz est que emundat ipsaqz sctificat ut passiualitatis contemplacionem fiat mundi per contemptu mundi et sanctaqz p dilecciom dei. Q sit vallis vel gra q gra pfitientibus in ea.

Et eadem ipa que per dauid dicitur archa sctificacois prnonsem notatur archa federis. Que archa eur archa federis. Nec minusqz sz dm homo aut qz preciosa qz aurum argentum et lapides preciosi solent aut in archa reponi. Si igitur sapic et sic thesauros cogitemus qz sit illud eiusmodi thesaurum recoditorum atque inuenimus que erit archa in hoc negacio idonea nisi humana intelligencia. Sz aut archa dno magistro fabricatur et decoratur qn humana intelligencia diuina inspiracione et reuelacione ad contemplacionem prnouetur. Sz qui ad benelt gram in hac uita pficimus quid aliud quam archas quasdam future illius plenitudinis accipimus ubi sempiterne contemplacioni perpetuo inherebimus. Habent itaqz gram dileccionis velud quoddam munimentum federis et monumentum mutue caritatis. Vides nunc qua recte archa federis dici dr in qua et pquam talis gra signatur. Certe libenter qs se ad omne laborem accingere qui se cupit vel credit tale et tante dileccionis pignus accipere. Non dubito qz quicqz est int nos filius hebreus quam liberti precium gra sunat sex annis ut in septimo exeat liber ut deinceps libere possit vacare contemplacioni. Et quis no credat vir. Si quis nouerit in nobis qui Jacob sit vel tali nomine digne censeri possit. Eo qd sit vir fortis et potens in prelio strenuus luctator meior qz supplantator ut alia superet fortitudine alia supplantet discrecione. Qui hominis est qz libenter seruiet annis septem et septem praeter tali gra in tantum ut uideantur ei dies pauci pre amoris magnitudine dum non possit adimplere vachel vel saltem prenire. Certum eum vult adeius amplexus pertingere. Necesse est enim per annos septem et septem seruire ut discat requiescere non solum ab opibus malis sz et a cogitacionibus supernacuis. Multi quidem et si sciant uacare corpore nimme tam prualent uacare corde. Multi nescientes facere sabbatum de sabbato et ideo no valentes implere qd legitur in ps. Vacate et uidete quam ego sum deus. Vacantes siquidem corpore sz uagantes ubiqz corde nequaquam uidere merentur. Certa dulcis est dns qua hoc isti denos qui recto sunt corde. Et hinc est qd hostes deridebunt sabbata corpus. Sed verus iacob laborare no cessat donec ad desiderium fine pueniat seruiens apud virum laban nere decantidi cuiusdam. Quia gloria quam pre glificauit apud semetipsum claritate qua habuit ante mundi constitucionem quem oportuit pati et ita intrare gloriam suam ut seruili forme superducet candore glorie et esset uere decandidatus super hunc dealbatus gloria et honore coronatus fieret qz formosus no solum pfilius hominum verum et pfitentibus angelorum et talis in quem desiderant angeli prospicere. Videte quanta sit hec gra pquam tam longanimiter tam libenter laborat.

Q Pro gra habenda no solum defendenda mala sed et cogitaciones male repellende

Puti

vitiosus

Sancificacionis

dauid

Qn archa federis dni

Monsen

Nisi deus

Archa decorat

Qn archa fiunt

Seruiat annis sex in septimo liber sit

Jacob

Amor laborem tps longi no attendit

Rachel

Q niuea ...

Annos ...

Vacans corpore
Vagans corde

Jacob laborare non cessat

Laban

Jacob

Q ... sit

Caldi terum [?] duo dicunt { Contemplacio / Cogitacio / Meditacio

c. 3

que cum tanto labore acquiritur, cum tanta iocunditate possidetur. De hac sane gracia Moyses pluribus septuaginta fratribus locis subsignata locucione cuius [?] hic eam plenius mistica descriptione distinguit ubi eam per graciam dividit.

Et autem ea que de contemplacione dicenda sunt [contemplacionis proprie vel qualiter differat a meditacione vel cogitacione] possimus comodius carpere vel citius comprehendere, primo quid ipsa sit determinando vel diffiniendo, quid etiam et quo differat a cogitacione vel meditacione. Sciendum itaque quod unam eandemque materiam aliter per cogitacionem intuemur, aliter per meditacionem rimamur, atque aliter per contemplacionem miramur. Multum autem inter hec tria, in modo differt quamvis quandoque in materia conveniunt. Denique sub una eademque materia aliter cogitacio, aliter meditacio, longeque aliter agit contemplacio. Cogitacio per devia quaeque lento pede sine respectu perventionis passim hac illac vagatur. Meditacio per ardua saepe et aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Contemplacio libero volatu quocumque eam fert impetus mira agilitate circumfertur. Cogitacio serpit, meditacio incedit et ut multum currit, contemplacio ut omnia circumvolat, et cum voluit se in summis librat. Cogitacio est sine labore et fructu, in meditacione est labor cum fructu, contemplacio permanet sine labore cum fructu. In cogitacione evagacio, in meditacione investigacio, in contemplacione admiracio. Ex imaginacione cogitacio, ex racione meditacio, ex intelligencia contemplacio. Ecce tria ista: imaginacio, racio, intelligencia. Intelligencia optinet summum locum, imaginacio infimum, racio medium. Omnia que subiacent sensui inferiori necesse est ea etiam subiacere sensui superiori. Unde constat quia omnia que imaginacio comprehendit, et multa alia que imaginacio non comprehendit, racio comprehendit. Sed non ea que subiacent sensui superiori necesse est etiam subiacere sensui inferiori. Sic constat quia eciam que comprehendunt ab imaginacione eciam alia quam multa que supra ipsa sunt comprehendi a racione. Omnia que imaginacio vel racio comprehendunt sub intelligencia cadunt et ea eciam que ille comprehendere non possunt. Vide ergo contemplacionis radius quam late se expandit qui omnia lustrat. Et licet saepe tamen eandem rem aliud per cogitacionem, aliud per meditacionem, aliud per contemplacionem accipiatur, quamvis non dissimilia differenti materia feruntur. Cogitacio semper vago motu de uno ad aliud transsilit. Meditacio circa unum perseveranter intendit. Contemplacio sub uno visionis radio ad innumera se diffundit. Per intelligenciam siquidem simplex mentis in immensum porrigitur ad multa comprehendenda, et perspicax ad subtilia penetranda. Nunquid contemplacio est quidam oculus mentis. Sicut enim in contemplacione quadam vivacitate intelligencie, sic quod oculus mentis in corporis figitur, sic eciam in contemplacione sub uno intuitu in rebus corporeis aciem infinita comprehendenda dilatatur. Denique quociens contemplantis animus ad summa elevatur, ad ima quociens agilitate mirabili pene absque mora rapitur per intelligenciam. Quociens acuitur ad inscrutabilia quociens intelliget sed hec esse non dubitatur. Hec per illos dicta sunt qui ipsa inferiori subintelligencie aspectu eadem illius ad contemplacionem usque pertinere iudicium dicunt. Specialiter tamen et proprie contemplacio dicitur que de sublimibus habetur, ubi animus pura intelligencia utitur. Semper autem

Vide contemplacio ... summa et ... [?]

[?] ... [?] ...

Contemplacio ... [?]

contemplatio est in rebus vel per sui naturam manifestis vel per studium familiaribus
notis vel ex divina revelatione perspicuis. *Diffinitio contemplationis meditationis et cogitationis*

Videtur itaque sic diffiniri posse. Contemplatio est libera mentis perspicacia
in sapientie spectacula ~~cum admiratione~~ cum admiratione suspensa. Vel certe
sicut precipuo illi nostri temporis theologo placuit qui eam in hec verba
diffinivit. Contemplatio est perspicax et liber animi contuitus in res perspi-
ciendas usquequaque diffusus. Meditatio vero est studiosa mentis intentio circa
aliquid investigandum diligenter insistens. Vel sic. Meditatio est providus
animi obtutus in veritatis inquisitione vehementer occupatus. Cogitatio
autem est improvidus animi respectus ad evagationem pronus. Ut itaque tribus
esse commune et quasi speciale quoddam animi aspectum esse. Si enim vel inte-
rim conspiciat nullum horum recte dici vel esse affirmat. Commune est autem
tam contemplationi quam meditationi circa utilia occupari et in sapientie
vel studiis maxime immo assidue versari. Sed in hoc sane solet
maxime a cogitatione differre que se singulis pene momentis co-
ercent ad inepta et frivola relaxare et sine ullo discretionis freno
ad omnia se ingerere vel precipitem dare. Commune vero est contemplationi et
cogitationi libero quodam motu et spontaneo nutu huc illucque
circumferri et nullo difficultatis obstaculo ad discursionis sue impetu
impediri. Differunt autem in eo maxime a meditatione cuius studium
est per quendam industrie laborem qualibet animi difficultate ardua
et apprehendere obstrusa irrumpere occulta penetrare. Fit tamen sepe
ut in cogitationem variam evagatione tale aliquid animus incurrat
quod scire vehementer ambiat. Fortiterque insistat. Sed dum neque desiderio
suo satisfaciens eiusmodi inquisitioni studium impendit iam cogi-
tandi modum cogitando excedit et cogitatio in meditationem transit. Solet
sane simile aliquid circa meditationem accidere. Nam veritatem
quidem diu quesitam tandemque inventam mens solet cum aviditate
suscipere mirari cum exultatione eiusque admirationi diutius inherere et
hoc est iam meditationem meditando excedere et meditationem in contempla-
tionem transire. Proprium itaque est contemplationi in eius claritatis
sue spectaculo cum admiratione inherere et in hoc utique differre
dictum est a cogitatione quam a meditatione. Nam cogitatio vitii iam
destinata promotione per hinc illucque divertit. Meditatio vero
per investigata tendit. *Quod contemplationis modus multiplex*

Est enim perspicax ille contemplationis radius semper ex
admirationis magnitudine invicta aliquando suspenditur. Non tamen uno
semper nec uniformiter id agit. Nam vivacitas illa intelligentie
in contemplatione animo mira agilitate
quasi ingentem flectit. Modo autem se quasi ad unum colligit et velut
immo oblita figit. Huius sane rei forma si recte perpendimus in
celi volatilibus cotidie videmus. Videas alia nunc se ad altiora attol-
lere nunc se in inferiora demergere et eosdem ascensionis et descensionis
nec suc modos sepius repetere. Videas alia nunc dextrorsum
nunc sinistrorsum divertere et nunc in hanc nunc in illam partem
declinando in anteriora parum vel pene nichil se promovere, et eosdem
discursuum suorum vicissitudines multa instantia multipliciter reiterare

Videas alia sub magna festinacione se in altiora extendere et mox sub ea-
celeritate in posteriora redire et sepe idipsum agere eosdemque ascensus
atque descensus diu multumque frequentacione continuare atque protrahere. Videas
alia quomodo se in gyrum flectunt et quam subito vel quam sepe eosdem
vel similes nunc ante paulo laciores nunc paulo contractiores circuitus

circuitus repetunt et sepe idipsum redeunt. Videas alia quomodo tremulis alis sepe
et crebro reverberantes se in uno eodemque loco diucius suspendunt et mobili se
agitacione quasi immobiliter figunt et a loco suspensionis sue loco
diu multumque spacia penitus non recedunt ac si operis et instancie sue

occupacione prorsus videantur exclamare et dicere Bonum est hic nos
esse. Hec sane predictarum similitudinum exemplar contemplacionis nostre
volatum multiformiter narratur et pro personarum negociorumque varietate
vario modo formatur. Nunc de inferioribus ad summa, nunc de superioribus
ad ima ascendit et descendit, et nunc de parte ad totum, nunc de toto
ad partem consideracionis sue agilitate discurrit et ad id quod sciri querit nunc
a maiori nunc a minori argumentum trahit, et modo quidem in hanc mo-
do in oppositam partem divertit et contrariorum noticia ex contrariorum scien-

sciat ~~dicit~~ et pro vario oppositorum modo ratiocinacionis sue occupacionem
variare consuevit. Aliquando in anteriora currit et subito in posteriora
redit, dum modo ex affectibus modo ex accidentibus et qualibusque antecedentibus
vel consequentibus cuiusque rei modum vel qualitatem deprehendit.
Circuitum quemdam in speculo nostro ducitur dum uniuscuiusque rei q-
sunt cum multis communia considerantur dum ad unam quamlibet partem
rem determinandam nunc consimilibus nunc dissimilibus se habentibus seu con-
accidentibus racio trahitur et assignatur. Nunc autem in uno eodem
loco consideracionis nunc defixus quasi immobilis sistitur cum in qua
rei esse vel proprietate perspiciendi atque admirandi contemplacionis in
tencio libenter immoratur. Sed ne verba nostra humane philosophi
cum videantur redolere vel catholice doctrine plano simplicitatisque
tenore discedere, commodius fortasse dicemus quod ascendere et des-
cendere et redire nunc huc nunc illuc declinare vero in contin-
uitate immo hec re nichil aliud sit quam summa cogni
nonissima vel novissimo ad summa modo de dissimilibus ad dissimilia mitoram
vel priorum gradu mente transire vero constancia vel coherencia cum
rei famosa plus ceteris circumspicere vel tandem aliquid in aliquo
speculo novitate novitatisque admiracione cum sancte. Videas etiam
nunc aliquid suspenditur atque protrahitur dum contemplacionis animus
aviditas sue spectaculo libenter immoratur dum se studet vel in
idipsum sepe redire vel in eo diucius immobiliter permanere. Quia
de illo contemplacionis modo qui quodammodo sit solum ante et retro
[?]bant animalia et revertebantur in similitudinem fulguris coruscan-
tis. Accipe et de illo qui non eque animus in diversa rapitur et nunc in
hanc partem nunc in illam discurrendo mira agilitate in qua agi
tatur. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discur-
rent. Illum qui quasi ~~fluit~~ sursum et deorsum sit pencius psal-
mista nobis expressit. Ascendunt in celos usque celos et descendunt usque ad abyssos

ymaginacioni et secundum plenam ymaginacionem et concipit magnitudinem et diuersitatem creature

in ymaginacione secundum ymaginacionem

Quia contemplacio est in racione secundum ymaginacionem aggregatis visibilibus ad invisibilia penetrandis et cetera

in racione secundum racionem

supra racionem sed non preter racionem

supra racionem et videtur esse preter racionem

Ad illum contemplandi modum qui velud magnum dicitur prospicit illa vere admonicio que dicitur Tene in manu tua arcus et cetera 2 li. Hunc autem contemplacionis radius velud in immoto loco immobiliter figitur cum illud aliquid in semetipso quod concipitur. Sol et luna steterunt in c. f. Dicturi quid sit contemplacio determinando vel diffiniendo docuimus superest ut eam per species dividamus et quot sunt genera contemplacionis aperiamus ut videamus quot sit. Sex autem sunt contemplacionum genera a se et inter se **vel 4 contemplacionis genera** omnino divisa. Primum itaque est in ymaginacione et secundum solam ymaginacionem. Secundum est in ymaginacione secundum racionem. Tercium est in racione secundum ymaginacionem. Quartum est in racione secundum racionem. Quintum est supra racionem sed non preter racionem. Sextum supra racionem et videtur esse preter racionem. Duo itaque sunt in ymaginacione duo in racione duo in intelligencia. In ymaginacione contemplacio tunc proculdubio versatur cum rerum istarum visibilium forma et ymago in consideracionem adducitur cum obstupescentes attendimus et attendentes obstupescimus corporalia ista que sensu corporeo haurimus quam sint multa quam magna quam diversa quam pulcra vel iocunda et in hiis omnibus creatoris illius superessencie potenciam sapienciam munificenciam veneramur et venerando miramur. Tunc autem contemplacio nostra in ymaginacione versatur et secundum solam ymaginacionem formatur cum nichil argumentando querimus nil raciocinando investigamus sed libere mens nostra huc illucque discurrit quo eam in hoc spectaculorum genere admiracio rapit. Secundum autem contemplacionis genus est quod in ymaginacione quidem consistit secundum racionem formatur atque procedit quod fit cum ea que in ymaginacione versamus et que ad primum contemplacionis genus pertinere iam diximus racionem querimus ymmo inventam et notatam in consideracionem cum admiracione adducimus. In isto itaque res ipsas in isto casu itaque rerum ordinem dispositionem et uniuscuiusque rei causam modum et utilitatem rimamur speculamur. Hec itaque contemplacio in ymaginacione secundum racionem consistit quia ea que in ymaginacione versantur raciocinando perquirit. Et quoniam in eo quod queritur recte tamen in ymaginacione consistere videtur in quantum invisibilia raciocinando querimus vel invenimus ad illa proculdubio accommodamus que in ymaginacione versamus dum circa ea et per ea raciocinacionem insistimus. Tercium contemplacionis genus est quod in racione secundum ymaginacionem formatur. Hec autem contemplacio genere utitur cum rerum visibilium similitudine in rerum invisibilium speculacionem sublevamur. Hec non speculo in racione consistit quod his solis que in ymaginacione sibilibus intendit sed solis maxime que per racionem comprehendit secundum ymaginacionem racio formata dicitur quia rerum invisibilium ymagine in hac tamen adiunctum est in rerum invisibilium investigacionem. Et recte quidem hec contemplacio in racione quidem secundum ymaginacionem esse dicitur quamvis raciocinando promovetur quod omnis ratiocinacio et argumentacio ab ymaginacione fundamentum sumit et ab ymaginabilium proprietate investigacionis et consideracionis sue racionem trahit. Quartum genus contemplacionis est quod in racione secundum racionem formatur quod utique fit cum semotis omni ymaginacione operacionibus solis illis animus intendit que ymaginacio non novit

& que mens ex ymaginacione colligit vel racione comprehendit. Quintum speculum
insistimus cum in invisibilia nostra que per experienciam novimus et que intelligencia ca-
pimus in consideracionem adducimus et eorum consideracione in celestium animorum et
supermundanorum intellectuum contemplacionem assurgimus. Hec autem contemplacio
in racione consistit quia sensibilibus remotis solis intelligibilibus intendit.
Et hec quidem contemplacio ab illis utique invisibilibus nostris inchoari videtur et inicium
sumere & fundamentum capere que humanum animum constat per experienciam nosse vel
per communem intelligenciam comprehendere. Quare autem in tali contemplacio et
in racione consistere dicitur quia licet ipsa invisibilia nostra racio comprehendat
& in eorum racionacione modum minime suppeditant. Unde constat quod hunc solam
racionem procedit quia et invisibilibus per experienciam notis alia et alia racioci-
nando colligit que per experienciam non novit. In hac primum contemplacione
humanus animus pura intelligencia utitur & remoto omni ymaginacionis
officio ipsa intelligencia nostra in hoc primum negocio se ipsam per semetipsam
ingerere videtur. Nam in illis prioribus contemplacionibus quibus intenditur non de-
esse nequaquam tamen inesse potest nisi mediante racione seu eciam ymaginacione
illic quasi instrumento utitur et velud per speculum intuetur. Hic per semetipsam
operatur et quasi per speciem contemplatur. Hic igitur se quasi ad imum tali-
nat cum omnino non habeat quo per semetipsam inferius descendat. Sextum
contemplacionis genus esse diximus quod est supra racionem non tamen preter racionem in
ea divina revelacione cognoscimus que nulla humana racione plene com-
prehendere que nulla nostra racionacione integre investigare sufficimus. Talia
sunt illa que de divinitatis natura et illa summa essencia credimus et scri-
pturarum divinarum auctoritate probamus. Contemplacio ergo nostra tunc
veraciter supra racionem ascendit cum id animus per mentis sublevacionem
cernit quod humane capacitatis metas transcendit. Sed supra racionem nec
preter racionem consentanea est cum ei quod per intelligenciam cernitur hu-
mana racio contra ire non potest immo potius facile acquiescat & sua attesta-
cione alludit. Septimum contemplacionis genus dictum est quod in hiis versatur
que sunt supra racionem & videntur esse preter seu eciam contra racionem. Sic hec
utique suprema omnium et dignissima contemplacionum specula tunc animus
veraciter exultat atque tripudiat cum illa ex divini luminis irradiacione
cognoscit atque considerat quibus omnis humana racio reclamat. Talia
sunt pene omnia que de personarum trinitate credere iubemur. De quibus
cum humana racio consulitur nichil aliud quam contraire videtur.

Primo itaque genera in ymaginacione consistunt quia solis sensibilibus in-
tendunt. Duo in racione consistunt quia solis intelligibilibus in-
sistunt. Duo vero in intelligencia subsistunt quia solis intellectibilibus intendunt.
Sensibilia dico quelibet visibilia sensu corporeo perceptibilia. Intelligibi-
lia autem dico invisibilia racioni tamen comprehensibilia. Intelligibilia hoc
loco dico invisibilia & humane racioni incomprehensibilia. [illegible]
sex contemplacionum quibus [illegible] infra necessitantur maxime in rebus
creatis. Duo vero suprema in rebus increatis atque divinis. Item sensi-
bilia atque corporea. Infima namque duo procul dubio insistuntur in in-
visibilibus atque creatis. Duo autem suprema maxime insistuntur in rebus
invisibilibus & increatis. Duo vero media maxime in rebus invisibilibus
atque creatis maxime videntur. Quia cetera invisibilia atque creata
& sunt hec intellectibilia [illegible] humana racione nullatenus comprehendi possunt
duo suprema contemplacionum genera [illegible] ostenderunt.
[illegible] cetera summa illa & in creata videntur quedam ex humane

Marginalia: que quibus sit forma; 6

rationi prima et secunda hoc quidem inter intelligibilia deputanda et ab hoc ipsum
modus aliis duobus contemplationum quibus maxime accommodandus /
Quibus itaque primis esse hoc esse videtur quod utrumque circa visibilia insist-
unt, in hoc maxime videntur differre quod primum quidem solo sine
ullo rationis officio impellente admiratione trahit illuc ubi distincte / discursione
in secundo autem ea que per imaginationem in mente versantur requiruntur et
assignantur vel prius familiariter nota in admirationem adducuntur. Tercium
et quartum hoc habent commune sed potius singulare quod in utroque pariter
sibi commiscere videntur imaginatio cum ratione, ratio cum imaginatione
differunt autem in eo quod in tercio quidem ad invisibilia ratio ut idem est
quod et accommodatur imaginatio ad invisibilium investigationem ratio a vi-
sibilibus trahitur et nullo sepe ex visibilibus ad invisibilia evidemur
et alia quadam [illegible] continuimus visibilium inspectione ad invisibi-
lium cognitionem promovemur. Tercio et quarto constat esse rationem invisibilibus
et intelligibilibus intendere sed in eo utique differre quod in tercio quidem
innititur ratio cum imaginatione iuncta, autem cum intelligentia pura
cum ratione. In quarto et quinto ratio et intelligentia in unum conveniunt
et in hoc maxime conveniunt sed in minori gradu intelligentia prio-
venturus, in quinto non ratio numquam intelligentia preveniet sed subsequi-
tur vel ut melius comitatur. Nam per divinam inspirationem primo [illegible]
scitur rationis per modum attestatione firmatur. Quinto et sexto cogit
accidit quod utrumque circa intellectibilibus insistit. Sed quinto quidem
humana ratio videtur satis consentanea. Sexto autem omnis humana
ratio videtur esse contraria nisi fulcit fidei admixtione suffulta

que sint singulorum propria

Proprium est autem prime contemplationi simpliciter
et sine ulla ratiocinatione visibilium admirationi inherere.
Proprium secunde visibilium rerum rationi ratiocinando insistere. Proprium est tercie
per visibilia ad invisibilia ratiocinando ascendere. Proprium est quarte
ex invisibilibus in invisibilia ratiocinando colligere et per aptorum intellige-
ntiam ad ignotorum notitiam proficere. Proprium est quinte intelligibilium
intelligendum rationi admittere. Proprium est sexte intellectibilium intel-
ligentia omnem humanam ratiocinationem transcendit et quasi abimo
tantate. Cum sit ut tribus prime contemplationum quibus esse sine ima-
ginatione non esse. In primo imaginatio quod infra rationem subsistit. In
secundo rationem accipit. In tercio imaginatio rationem ascendit. Item sic
tribus ultimis esse sine pura intelligentia non esse in corpore primo hoc
est in quarto ipsa intelligentia rationi se inclinat / in quinto vero
ad se ipsam tenet. In sexto intelligentia rationem transcendit et quasi
sub se ipsa deserit. Item cum sit minor modis esse sine ratiocinatione
non esse. In secundo contemplationis genere ratio imaginationem quasi ad ima co-
descendit. In tercio imaginationem secum quasi ad altiora trahit /
In quarto intelligentiam quasi sub se descendentem accipit atque
conducit. In quinto ratio quod supra se ad intelligentiam ascendit et ei innititur
sublimibus attendit. In primo itaque imaginatio in se ipsa requiescit
que ad modum et intelligentia. In sexto se ad se ipsam colligit et in se ipsa
subsistit. In secundo ratio sub se ipsam descendit. In quinto eadem ipsa super
semetipsam ascendit. In tercio imaginatio super semetipsam ascendit.
In quarto intelligentia infra semetipsam descendit immo magis
ratio totam infimum et sequentem. In sexto ratio descendit /

ad imum. In tertio imaginacio ascendit ad summum. In quarto intelligencia de-
scendit ad imum. In quinto racio ascendit ad summum. In sexto intelligencia te-
net locum solitarium et summum. Capitulum 7. quarta particula 24 capitulum vel quo in mente mysteri[um] locatur

Ca° 7°

Notandum autem quod sicut novissima duo ascendunt super racionem
et sicut illud sublimius novissimorum nulla pene solet imagi-
nacionem admittere sic illud sublimius mediorum omnem a se imagi-
nacionem excludere et sicut illud inferius duorum novissimorum et supremorum
consistit supra racionem non tamen preter racionem sic illud inferius mediorum [duorum]
ascendit supra imaginacionem tamen non sit preter imaginacionem. Et sicut
duo media infra puram et simplicem intelligenciam descendunt sic duo
prima et infima infra racionacionem descendunt. Simplicem intelligen-
ciam dico que est sine officio racionis, puram vero que est sine admixcione
imaginacionis. Sed sic illud sublimius duorum mediorum infra simplicem
intelligenciam descendit, non tamen infra illam subsistit quia illorum
in quibus versatur alia simplici intelligencia comprehendit alia
racionando colligit. Sic illud summum duorum infimorum videtur infra
racionacionem descendere nec tamen infra illam subsistere quia alia solum
per imaginacionem representat et alia racionando colligit. Item quamvis sicut
illud inferius aliorum mediorum solet infra simplicem intelligenciam
descendere atque subsistere, sic illud infimum infimorum duorum solet
se ad racionem. Hic nam et illud solis intendit illis que mens
ex imaginacione racionando colligit et illud solis illis que per sensum
imaginacioni impressit. Illo autem hoc primum et infimum contemplacionis
genus ideo infra racionem vel pocius racionacionem subsistere dicitur quia
irracionabile et omnino contra racionem esse videtur, cum per intencionem seu
[ex]ercicia per dispensacionem racioni consentaneum facile commutatur.
Ex quo in eo ut deum est quantum ad eius dignitatem attinet nichil
racionando colligit. Solent tamen hec que distinximus contemplacionum
genera invicem permisceri et secundum quem assignavimus speculacionum
modus alterutra permixcione confundi. Nostrum autem fuit hoc
loco adinvicem distinccione singulorum propria docere, nichilominus et
racione quid simile haberent ostendere. Quod soli perfecti ad omnia sex contemplacionum

Ca° 8°

Sex ista contemplacionum genera omnia illum familiariter qua perficiunt
nosse quicumque cupit sciencie culmine attingere. Tres sex summe
enim perfectum te esse non dubites. Sursum et ad celestia levam
aspicimus certe et aliquam in similibus sursum adhuc aliquibus illorum carere
[...] cumulacionum pluribus datur. Ceterum in dabit pennas sic
primus eiusmodi alius non datur. Deterremus ad celestia evolare
et illa celorum ardua petere vel penetrare. Iam sicut superius
iam dictum est in illis sex contemplacionum generibus tota priorum
duorum consideracio circa terrena et corporalia occupatur. In ceteris
eis de invisibilibus et spiritualibus agitur. Attendamus ergo sublimes
quantum ad modos subtiles circa ista terrena volatus in primis
vel duabus contemplacionum alis habeamus, parum nobis esse et
ad illa sola sufficimus in quibus videmus philosophos po-
tuisse [...] tenemus et non de celeste [...] esse comminacio

quam diu duabus tm alis contentus fueris habes unde corpus tuum
uelare unde uolare possis. Certe si adhuc terrenum animal es sicut
in hodiernum corpus terrenum habes et tale denique quale apostolus describit
et mortificare precepit. Bonum perfecto erit in primis habere unde possis cum
uolueris tale corpus uelare et accusacionis tue oculis abscondere
mortificate inquid membra uestra que sunt super terram fornicacionem
in mundicia libidinem et cetera. Bonum est ut eiusmodi corpus sub
designatis alis contemplacioni alis uolare nisi mundanorum concupiscen-
ciam comminatione mutabilitatis consideracione temporalium immo ipsorum
frauacione adduce. Perpendis ut estimo quantum ualeant eiusmodi
obduccio alarum quasi obumbracio. Habes item in hiis alis uiam cum uolueris
uolare possis. Bonum sane est hic uolare et quantum potes te
ab amore mundi hic utique in hiis alis uolant qui mundane mu-
tabilitatis fluxum cotidie considerant assidue quasi recitant et
ex eiusmodi consideracione seu recitacione se ab eius ambicione
alienant. Quamuis ergo in hiis geminis alis usque ad celestia
euolare non possis tutum tibi fortassis tranquillitatis stacionis
portum in eorum remigio inuenire poteris. Intuere in eis quater
potis apprehende saltem nouissima mortis. Si simpsone inquid
penas meas diluculo et habitauero in postremis maris. Extrema
maris mundi terminus et uniuscuiusque proprie uite defectus. Extrema
utique maris tenere est mundi finem mundanique uite exitum cum
desiderio expectare. Extrema mea maris ut arbitror euolando
iam apprehenderat qui uiuat dicere poterat. Cupio dissolui et esse
cum Christo. Puto quia duas has contemplacionis pennas non in uanum
accepisti si hunc usque uolare potuisti primum tibi forte esse quasi habens
duas alas accepisse. Sed ut perfices te celeste animal esse stude et
satage saltem duo paria habere et tamen perfecto hebeis in quibus posses ad
celestia euolare. Quatuor perfecto alas habebant et se ex eo celestia
non autem terrestria esse ostendebant. Inmo illa animalia que propheta
Ezechiel uidit in suaque descripsit. Quatuor inquid facies uni
et quatuor penne uni. Duabus autem ut ibi legis corpus suum
uelabat nam ceteris duabus per ambitus uolabant. Hic et tu cum
esse et corpus celeste iam querere inchoauerit tu stude illud sub dictis
alis uelare. Sunt enim corpora celestia et sunt corpora terrestria
et alia gloria celestium et alia gloria terrestrium. Alia claritas
solis et alia claritas lune et stelle a stella enim differt in clari-
tate. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuit non habens in se
aliquam partem tenebrarum utile tibi erit illud abhominacione
arrogancie oculis abscondere et sublimitatis mutabilitatis
in certo fine estimacionis claritatem temporalium. Nescit homo si
digne sunt. Sicut pisces capiuntur hamo et sicut aues laqueo
comprehenduntur sic capiuntur homines tempore malo cum eis extemplo
superuenerit. Et ideo bonum est homini bona sua dissimulare
et nil penitus de suis meritis presumere et se semper in humilitate
custodire. Qui ergo alarum pari uelet hoc corpus suum in secreto
uolet addere. Cur enim media illa in contemplacione gemini hoc

ad celestia et invisibilia non tenent que de solis invisibilibus ut dictum est
agere solent. Satagit ergo spiritualis quisque studio et desiderio semper in ce-
lestibus esse ut possit cum apostolo dicere: Nostra autem conversatio in celis est. Verum-
tamen ad tercium celum cum eodem apostolo penetrare paucis umquam id in diebus
aliquibus paucis posse presumimus. Oportet ergo absque dubio omnes
illas sex ibi designatas sex contemplationum alas habere qui cupit et ambit
usque ad tercium celum seu celi secreta divinitatisque archana volare. Has
utique sex contemplationum alas soli perfecti in hac vita vix habere possunt.
Has omnes in futura vita electorum tam in hominibus quam in angelis ha-
bituri sunt ita ut de utrisque natura utraque possit dici quia sex ale
uni et sex ale alteri. Quo pᵃ iiii contemplationum genera mistice describant

De hiis itaque sex contemplationum quibus Moyses ut mihi videtur
sub mistica descriptione agit ubi materialem illam que mistica
Archa dicitur precepto fieri instituit. Primum itaque desig-
natur in arche fabricacione. Secundum in eius deauracione. Tercium in corona
arche. Quartum intelligimus propiciatorium pro ... cherubin. Quintum
et sextum. Sed ante assignata et materialem facturam respiciamus.
Archa utique sex manufactis operibus solum primum fabricatur ex ligno cetera
omnia constant ex auro. Et sane omnia illa ut videtur in primo contemplationis genere
constat per sensum corporeum sentimus et per imaginationem representamus.
Nam alia omnia in ceteris contemplationibus oriuntur
ratiocinando colligimus vel simplici intelligentia comprehendimus. Cogita
ergo quid sit inter lignum et aurum et invenies fortassis quam
convenienter ista designentur in ligno illa non figurentur in auro.
In ligno quidem que subiacent imaginationi in auro autem que solo
subiacent intellectui. Aurum in se magna claritate refulget lignum
in se nil claritatis habet nisi quod igne accedit et numquam summe
flammam nutrit. Et sane imaginatio nullum in se prudentie
lumen vel splendorem habet nisi quod racionis adiunctione accipit et ad sue
investigacionem dirigere solet. Recte autem primum illud contemplationis genus
in ipso rerum visibilium ... quartum. Seligno de auro et similiter signat
aliud cum aliud est rerum invisibilium et imaginabilium assignata ...
qua quedam ut sic dicam lignorum de auro. Recte nichilominus
corona arche tercium contemplationis genus per misticam designa-
cionem representare in quo solemus per visibilia ad invisibilia ascen-
dere et ad eorum cognicionem imaginacionis manuductione assurgere. Nam
corona que in summo illius arche lignis affigebatur lignorum
summa alta protensione supergrediebatur. Et illud contemplacio-
nis genus quod in racione secundum imaginacionem versatur imaginacioni quodammodo
innititur dum per eorum imaginabilium similitudinem racionem trahit
et quasi scalam erigit per quam ad invisibilium speculacionem ascen-
dere possit. Propiciatorium autem absque omni parte et usquequaque ligno supponitur
et ideo convenienter satis in eo illud contemplacionis genus figuratur
quod omnem imaginacionem excedens in racione secundum racionem versatur. Et sicut
propiciatorium ut pote archa operculum in summa sub ligno des-
cendit nec ligno affigi sinit sic hec contemplacio omnem ima-
ginacionem supergrediens et nulli se prius ... consenciens sola

invisibilia respicit sed invisibilibus intendit. **Quid duo novissima contemplationum genera mystice designent**

Duo autem novissima contemplationum genera
exprimunt angelica figmenta et recte quidem illa operis factura
non terrenam sed angelicam formam sumunt quia illa contemplationum in
qua per similitudinem repraesentare oportuit quorum materia omnem
sensum nostrum excedit. Notandum sane quod praedicta illa quatuor quodam-
modo sunt in unum coniuncta. Ista autem duo novissima separatim
sunt et seorsum posita et in illis quidem quatuor contemplationum
quibus propria industria cum divino tamen adiutorio cottidie crescimus
et quasi ad aliud proficimus. Sed in ultimis istis duobus totum
pendet ex gratia et omnino longinqua sunt et valde remota ab omni
humana industria nisi in quantum unusquisque caelitus accipit et
angelicae similitudinis habitum divinitus superducat. Et forte non sine
causa haec novissima operis factura angelica quasi figura cherubim
nomen accepit eo fortassis quod sine huius supremae gratiae adiectione
quis ad plenitudinem scientiae pertingere non possit. Sed quia duobus cherubim
[...] unus dicitur esse ex parte una stare et alter ex altera ita ut
unus intelligatur stare a dextris et alter a sinistris
qua apte ex adverso sibi opponuntur. [...] obscuro
incommodo [...] figurarum quare [...] et ex opposito statuuntur
ne videantur. Sed forte quis quaerat quod [...] rationi consentire ille rationi quod
oporteat. Nunc ergo ne forte in illo cherubim in quo specialiter intelligere
contemplationis genus intelligi debeat quod a dextris stabit illud eo
[in illo] autem qui a sinistris illud quod est supra rationem non tamen praeter rationem
ex auro formatur quod utrumque in ornatum (?) versatur. Sed per exiguum valde
est illud tenuissimum auri unde corona perficitur si superficiatorum magnitudinem
competitur. Denique hujus mensura cum magna diligentia tam in longitudine
quam in latitudine summo magistro diffinitur. De illius autem magnitudine
omnino tacetur nec illa ejus mensura describitur. Ac si dominus summo doctore
sub certe tacite innuat quod quantum potest capere capiat et unusquisque quantum
potest facere faciat. Puto quia si ejus altitudo vel usque ad dimidium cubitum se
extendere potuisset quod dominus summo hoc omnino tacite non preteriret. Sed novit
dominus figmentum suum et eum quod decet humane scientiam et omnino latere non
potuit. Certitatem adhuc in hoc opere humana paupertas auri inopiam sub-
sentiat et quo eam in hujus contemplationis specula sensus sui exiguitas
angustet. Nulla enim invenio ea loci sapiencie auri habundet ubi ea que
intelligenda sunt omni instrumento carent vel si habet. Quale queso ho-
mines (?) inveniat instrumentum ad comprehendenda eam partem que excedit omnem
sensum. Quo queso sensu comprehendit quod oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit. Nam cum Paulus vel Paulo similis
elevatur supra seipsum rapitur usque ad tercium celum secreta archana illa
que non licet homini loqui. Nam investigat per seipsum primum sed revelat ea deus
per spiritum suum. Sed ecce juxta hunc modum propriam mentis excessum
humana intelligencia attingit hujus tercie speculationis specula primum
exiguitatis sue angustia minime capit. Denique ad illud non nisi ad
contemplationis genus pertinet quicquid humana experiencia per mentis
excessum raptum videt. Quid ergo mirum si mentem humanam sive
sue exiguitas angustat mea potissimum consideratione ubi ad ea que in-
vestigata sunt magna sensus inopia laborat. Quicquid enim de
rerum invisibilium consideracione vel ratiocinando colligit vel per rerum visi-
bilium similitudinem invenit invincibilitatis comparatione pene nichil esse de-
prehendit. Unde est quod corone nulla mensura prescribitur que in superficiatorum
descriptione tam diligenter exprimitur. Puto eorum que patenter dat
intelligi cur in hoc adhuc opere tanta sit inopia auri. **Quomodo valeat**

¶ c. v

Qui autem quid sapiencie auri habundantie **fortitudo istic sunt contemplatam vel quid**
debet viris suadebunt quarte contemplationis **ad quam efficiat mens comitta (?)**
in sistere et superficiatus fabricando fortitudinem desudando. Placet eum **considerare et**
virium pomem modum hujus operis et offert viris operis sponte sua **exigere**
omnis ulterius non dicam quantum satis est sed pene plus quam
necesse est numquam auri copia illi deesse potuit qui hunc operi fortitudo.

Thesaurus spiritualis

incipit. Si vero quis vero accipe enim enim incipis spiritualium thesauris
insiste. et pro tua consideracione in spiritualem contemplacionem assurge et iuxta
modum spiritualibus spiritualia compare incipis et cupitor spiritualis ex uno
absque dubio in hac contemplacione proficis qui in precedenti incipis ex nichilo
spiritualis. Et satis nosti quod spiritualis diiudicat omnia et hic qualis erat sua
quantave auri tibi copia posse diiudicare omnia. Vis adhuc tibi apercius
ostendi unde tibi comparare possis hanc copiam auri. Nunquam michi
excidit quod regnum dei intra nos sit. Ecce michi intra nos est regnum celorum
sed nunquid similiter intra nos eciam aurum. Quid inquam? Oratur oblitus
es quia simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Ecce unde
tibi copia auri copiose habundet. Adinvenimus thesaurum effode si placet. Immo
vade vende que habes et eme agrum istum et quere thesaurum absconditum

Thesaurus absconditus in agro

continuimus in mundo concupiscencie quecumque in mundo amittere metuis impe-
diebant prohibitate cordis. Empto autem agro fode in altum profunditas
nimirum sicut qui effodiunt thesaurum gaudent quod venerint cum invene-
runt sepulcrum. Querere autem thesaurum huius in profundo quia sapientia tra-
hitur de occultis. Sed me miserum unde michi aurum in decimarum ca-
nam et speciacionem argenti et auri non est michi et in vel quo possit
hec fieri. Qua arte queso aurum in gazo facere non valeo medicare tri-
besco. Scio quid faciam. Vadam aspiciam meum preciosum misericordiam
a quo omne datum optimum et omne donum perfectum eo quod sit dives in omnibus
qui dat omnibus affluenter et non improperat. Effundo itaque in conspectu
eius oracionem meam ante ipsum principio et auri inopiam et dicam ei
Domine tu scis insipienciam meam et sicut iumentum factus sum apud te
et in intellectu sine et aurum habeo et dives sum. Custodi animam meam
quoniam infirmus sum et quale concupisco habeo speciatorium exquisita illi copia
auri extitit qui multa psallere potuit. Super omnes docentes me intel-
lexi. Super senes intellexi quia mandata tua quesivi. Quale speciatorium
habebat qui coram domino fiducialiter psallebat protexisti me a conventu
malignancium a multitudine operancium iniquitatem. Ecce quidem mirantur
tandem aliqui paulus sibi fecerat speciatorium qui palam profitetur nil
michi conscius sum. Hinc invenit enim consilio consciencie sue archanum
nutrire non nosse et sine auro speciatorio cordis archana nimbra
suac non posse sed eo adhuc tempore quo persecutus est ecclesiam dei puto
quia speciatorio caret sed reputatum est ei ad iudicium eo quod nesciens
hoc fecit et aurum non habet unde speciatorium faceret. Denique quo

Paulus ... cuius

sed postquam recepit lumen oculorum suorum factus est vir inclitus paupertate
suam et derelinquens aurum suum cum christo agens relictus est in sensu
ipsum et exprimens dicebat quam absque dubio intra nos sit regnum
celorum. Invento namque thesauro abscondito in agro ditatus est
nidalde et fit inclitus cepit possidere dam multam innumeris super
de thesauro. Denique inde gaudens non detans inveniens quod qui
Quin dimicavi. Ecce inclitum factum nunquam nam non erat
inter ille ditissimus inter quos accitales qui sapiens loquebatur
inter peccatos sed quid de illo dicturi sumus qui non scio quidem sicut
paulus. Sed ab ineunte etate speciatorium sibi fecerat proprio cordis
sui mundicia servaverat. Unde et dicebat neque enim reprehendit
me cor meum in omni vita mea. Denique si et tu cupis imple

divinum preceptum omni custodia serva cor tuum et quasi ante deum cogitationis exquisite fac examinationem. Disce vel exemplo quid facere expediat. Audi David quomodo tibi seipsum in exemplum proponat. Meditatus sum inquit nocte cum corde meo et exercitabar et scopebam spiritum meum. Meditabatur ille in corde suo, meditare et tu cum corde tuo. Scopebat ille spiritum suum, scope et tu spiritum tuum. Exerce agrum tuum, attende temetipsum. Absque dubio si in isto studio insisteris, invenies thesaurum absconditum in agro. Quomodo per speculationem sui spiritualium notitia comparatur sive etiam amissa reparatur.

Ex hac exercitatione crescit auri copia, multiplicatur scientia, augmentatur sapientia. Per hanc exercitationem cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. Nichil recte existimat qui seipsum ignorat. Nescit quam sub pedibus suis omnis mundana gloria iaceat qui conditionis sue dignitatem non pensat. Nescit omnino, nescit quid de spiritu angelico, quid de spiritu divino sentire debeat qui spiritum suum prius non cogitat. Si nondum idoneus es intrare ad teipsum, quomodo ad illa rimanda idoneus eris que sunt intra vel supra temetipsum. Si necdum dignus es intrare in tabernaculum primum, qua fronte presumis ingredi in tabernaculum secundum, hoc est in sancta sanctorum. Si nondum potes gressus altos ut cum Christo vel saltem cum Moyse ascendere in montem excelsum, qua presumptione pes noster in celum ... ante quam in maioribus presumimus que sunt supra te. Prius sol ortus sui confinia irradiat quam ad altiora consurgat. Hinc etiam per Salomonem dicitur: Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur, ibique renascens girat per meridiem et flectitur ad aquilonem. Ergo sol ad locum suum revertitur ut ibi renascatur. Sed ibique renascens paulatim se ad altiora elevat ut postmodum celi verticem tangat. Oritur itaque sol et occidit et ad locum suum revertitur. Sol oritur cum veritatis intelligentia cordi inspiratur. Idemque sol occidit cum intelligentie radius subtrahitur. Sed post occasum sol ad locum suum revertitur ut iterum renascatur. Solis huius generationis locus ipse est animus. Ex ipso enim animo intelligentia nascitur cum ad eum gratia visitatur. Quid ergo est solem ad locum suum redire nisi mentis intuitum ad sui considerationem reflectere. Post occasum ergo sol ad locum suum revertitur quando per subtractionem gratie ad defectus sui considerationem mentis oculus revocatur. Per hoc enim quod divina gratia se aliquando subtrahit, cogitur homo recognoscere quam nichil sit et quia per se nichil possit. Sed post loci sui recursum iterum renascitur quia per considerationem proprie infirmitatis amissa intelligentia reparatur. Quomodo per cognitionem sui accepta notitia ad omnia dilatatur.

In loco autem suo sol renascens paulatim ad altiora consurgit quia per sui cognitionem in celestium contemplationem assurgit. Sed cum ad summum usque perducitur, ibi libenter immoratur, et mira illic super celestium speculationum iocunditate reficitur. Studiose itaque in eo loco moras innectit ubi cursum suum in circulum flectit. Per meridiem utique girat, neque eo desiderio fertur, immo flectitur ad aquilonem. Iocunda sane admodum plaga meridiana amenitate lucis et fervoris dici eo quod dulce sit valde et delectabile aspectui

[Marginalia: "T c. 7 b." ; "ignorantia ... i. mo. bij ... ; ... ; ... ; ... sine ... philosophie" ; "T 3 ... ; "T c. 7 by"]

contemplari beatorum spirituum ordines hilarescentes in claritate et caritate
dei. Nichil procul dubio tale habet aquilonaris illa plaga perpetuis tenebris
addicta et perhenni frigore condempnata. Eo quod talibus in regionibus dige-
ri nequeant reproborum corda et pro malicia frigida et pro ignorancia ceca.
Non ergo illuc usque pervenit sed tunc flectitur. Manus nullo desiderio
punito ad eam amabilem regionem trahitur. Flectitur inde ut
que illic sunt quasi a longe prospiciat et que mala qua cautela
vitare debeat agnoscat. Accipimus cognitionem morum vicorum discretionem
virtutum et viciorum. In meridie contemplamur primam meritorum bonorum
gaudia civium supernorum et archana divinorum secretorum. In septemtrione
cognoscimus retribuciones meritorum malorum sive malignorum spirituum
et hominum reproborum. Vides quantum valeat hominum plena cognitio
sui ex se quidem proficit ad cognitionem omnium celestium terrestrium et
infernorum. De spiritu explicit per quos discurrere habet dilataciones sue

Si ergo cupis evolare usque ad tercium celum seu et usque ad tercium ce-
lum transitus primum. Spiritus siquidem omnia scrutatur et profun-
da dei. Si ergo et tu scrutari pariter profunda dei scrutare prius
profunda spiritus tui. Profundum siquidem immo et profundissimum est cor hominis
et inscrutabile. Inscrutabile sane nisi ei forte qui spiritualis. Spiritualis
enim diiudicat omnia et ipse a nemine iudicatur. Eo quod soli spiri-
tales digni inventi sunt qui videant opera dei et mirabilia eius in
profundo. In hoc sane profundo invenies multa stupenda et
admiracione digna. Ibi invenies sed alium quendam orbem latum quidem
et amplum et aliam quandam plenitudinem orbis terrarum. Ibi
sunt quedam certa summum habet celum nec unum sed secundum post primum
et tercium post primum et secundum. Et ut hoc triplex celum congrua possimus
distinctione discernere. Primum dicitur imaginale secundum est racionale tercium
intellectuale. Tenet imaginatio medium primi celi. Racio secundi.
Intelligencia vero medium tercii. Et horum quidem primum ceterorum compa-
racione grossum quoddam atque corpulentum et suo quodam modo palpa-
bile atque corporeum eo quod sit imaginarium atque fantasticum post
se trahens et in se retinens formas et similitudines rerum corpo-
ralium. Reliqua vero duo horum comparacione admodum subtilia et
omnino incorporea et ab eius crassitudine nimium longinqua. Sic
sane celum hoc exterius quod nos dicimus firmamentum absque ulla du-
bitatione constat esse visibile atque corporeum et ipsum quidem primum
et omnium infimum cui citus est terra. Ad hoc visibile celum hoc est
sensus corporeus. Ad illud intimum fantasticum et imaginarium
celum. Nam sicut hoc visibile celum omnia que tangit atque
nutrit multitudine sinus sui magnitudine comprehendit sic
omnia que sensus attingit appetitus suggerit similitudines
intra sinum suum imaginatio includit. Primo itaque celo con-
tinentur omnium visibilium imagines et similitudines. Ad secundum vero
pertinet visibilium omnium veras diffiniciones et invisibilium investi-
gationes. Ad tercium autem spectant spiritualium invisibilium et divinorum
comprehensiones et contemplationes. De spiritu intellectuali quo solo possit invisibilia videri

Intelligencie siquidem oculus
est sensus ille quo invisibilia videmus non sicut oculo racio-
nis quo occulta et absencia per investigacionem querimus [illegible]

sicut sepe eius pectus vel effectus percuciat et alia atque alia quoque
commananti modo comprehendimus / Sed sicut corporalia corporeo sensu
videre solemus visibiliter presencialiter atque corporaliter / sic utique intellec-
tualis ille sensus invisibilia capit invisibiliter quidem sed presencialita-
ter eciam / Hic est sane oculus ille intellectualis cui se nemini
magnum aspirasimum appeti delectacione sufficiat tamen et tot desideriorum
carnalium varia multiplicitate corruptum quod contemplacionis intui-
tum ad minorem secretorum archanis arceat ut ipsum diuina dignacio
quasi prius aliorum ne utilitate amisit / testatur hoc propheta qui
eius reclamabat / Revela oculos meos / pro velatis oculis ille
se probat qui eos a domino revelari postulat / Videt tamen anima
ipso oculo que circa nemini sunt hoc est invisibilia sua ea videt
Est oculus quidem quo sua quedam videt / scilicet anime ipsius
eciam inde non valet / Sed dubitari potest utrum nam eodem
visificamus an aliud sensus sit quo utimur ad invisibilia
divina et aliud quo nostra utimur ad invidenda invisibilia nostra
Sed qui aliquem sensum intuitu superiorum et alterum intuitum infe-
riorum esse contendunt videant nunc hoc probare possint / Hinc tamen
confirmat / Nam nunc circa superiorem tamen / nunc solum circa in-
ferioram speculacionem eius significacionem restringunt / nunc utrumque
sensum sub uno vocabulo huius significacione comprehendunt / Sunt
hinc geminum superiorum et inferiorum intuitum sive dicamus geminum
quasi in uno capite sensum / sive duplex eiusdem tamen sensus in
eligere nichil tamen impedit dicere utrumque horum nemini
celum pertinet / Cur eciam hoc et celum duo magna luminaria non
dicat ille sicut et dileccio oportet credere ut in hoc supremo celo
speculo sublimior atque subtilior sit luminare maius et spe-
culacio inferior atque sub obscurior sit luminare minus

De intellectuali speculacione eiusque supereminencia etc.

Habet autem hoc ultimum et summum celum diem suam hic
in nunc et noctem suam / Sed si hoc celum attendimus
quam diu in hac vita sumus quid aliud quam noctem
huius vel ille possumus donec nos in suo cursu iter pergerit / et
auroram lucis inchoans noctis tenebras detexerit / Tunc tamen
nox sicut dies illuminabitur / Cum quibus inferiorum celorum dies ab
huius noctis claritate superet / Siquidem fecit deus lunam et stellas
in potestatem noctis / Videtur hec nox illuminacio mea in deliciis
meis / Habet enim luna suam lumine illud minus quod supernis as-
signamus / Habet et stellas appendentes lune sunt multiformes
lucis utique modo divinarum revelacionum / Sed qui dormiunt
nocte dormiunt nec possunt videre celi huius luminaria nec
coram deo psallere cum propheta / Quoniam videbo celos opera digitorum
lunam et stellas que tu fundasti / Sicut nec illud medium

Oculus vis(?) celi vii

Oculi celi

Ipse oculus vis ...

Oculus intelligencie sanatur

Nox et dies ... superioris celi

nocte surgebam ad confitendum tibi. Cuius diem decem mandi homine
eo quod frustra expectet diem et non videat nec lucem surgentis
aurore. Profecto quia eiusmodi sunt sicut cera que fluit, auferentur
super cecidit ignis et non viderunt solem. Felices qui fiducialiter
de hoc dei mane psallere audent. Mane astabo tibi et videbo
quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Puto hunc meridiem suffi-
cere que dilecto suo dicebat. Indica michi quem diligit anima mea
ubi pascas ubi cubes in meridie. Puto hunc dei mane sufficere
noluisse cuiusque desiderio diu estuasse qui dicebat. Speravi usque
ad mane. Cuius ex omnibus vobis exultavit ut videret diem meum
vidit et gavisus est. Profecto magnum est quod ille est. Neminem tamen
credo ad hunc dei meridiem in hac dumtaxat carne corrup-
tibili posse pertingere quamvis negare non audeam de mane. Profecto
quod quis nostrum ad huius dei claritatem poterit pervenire. Cum
ortus fuerit sol de celo videbit sive illius veritate quia absque dubio
dulce lumen et delectabile oculis videre solem. Sol hic dei licet ortum
sed nescit occasum sic et ipse dies caret vespera quis incipiat ab [illegible]
la. Illo novit illud celum celorum nisi unam diem tamen. Est melior
est dies una in atriis eius super milia dierum in superiorum celorum.
Nam hoc profecto celum licet dies multas et noctes innumeras
hoc quod sol eius oritur et occidit et ad locum suum revertitur. Sic et
primum celum accepit lunam in tempora et sol eius cognovit oc-
casum. Sed supremi celi sol et luna steterunt in habitaculo suo. Cum
eius celi hec luminaria ad summum pervenerint figunt cursum suum
nec de cetero umquam inclinant ad occasum. Sed omnis et absque du-
bio regnum celorum intra nos est. Sed si invoveris ipsius illud inveni-
re ubi queso quam in hoc celorum summo rectius queritur acius
invenitur tucius possidetur. Puto quia omnes illius regni
regiones habundant auro eo quod sole sit regnum celorum thesauro
abscondito in agro. Nam si scientie aurum si sapientie thesaurum queris
et diligis ubi queso habundanciore copia quam in hoc celorum summo
invenire poteris. Ubi obsecro summe sapientie claritas poterit tibi melius
elucescere quam expressa in illius imagine qua in excellentissimo
eius opere anime videlicet creacione reparacione glorificacione. Ex hac fac-
specta quam animo vix et solet videri qualis sit illa sublimi-
tas super angelica que illa supereminens magnitudo super omnium nus-
quam locorum apparet nominis cernitur splendidius quam est sublimi-
ssimus fastigio que sit illa superiorum civium summa et sempiter-
na beatitudo. Nusquam ex hoc excellentissimo celorum super ille
qui scrutatur omnia et profunda dei sciemus contemplatur invisibilia
illa dei que per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Nusquam
in omni eius opere quam in anime creacione reparacione glorificacione
expressit eius vel potencia sublimior vel sapientia mirabilior vel
gracia iocundior. Certe video ut arbitror nunc tibi illa copia ani-
quam tibi superius promisi quo videlicet ex multa consideracione et
agnicione super tui suberneris ad cognicionem et contemplacionem super an-
gelici et super domini. De triplici distinctione quarte speculacionis

Sed quia iam propositum tenemus bene ut tale tamquam opus amo
sumentem videamus que dixeris de speculatorum vite longitudine

q. or o ban.

q. [illegible] mirabilior et iocundior dei super [illegible]

q. c. xx.

vel latitudine perficiat vel eius altitudine omnino careat. Si rerum naturalium consilium in ipsis ipsorum corporibus discere potuimus, quo in negotio [illegible] ut spirituales theorias ponere debeamus. Videamus sane in rebus corporalibus quod omnis corporea crassitudo a longitudine incipit, per latitudinem crescit, in altitudine desinit. Longitudo itaque propitiatorii, ni fallor, designat ea que in spirituali natura sunt a conditione; latitudo vero illa que sunt ad promotionem; altitudo autem illa que inducuntur ex consummatione. Redigimus itaque tria que diximus triplicem in spiritualibus cernimus donorum distinctionem faciemus. Primo spiritualis natura creatur ut sit; secundo iustificatur ut bona sit; tertio glorificatur ut beata sit. Per creationem itaque ad esse initiatur, per iustificationem in bono dilatatur, per glorificationem in bono consummatur. Bona creationis sunt a conditione; bona iustificationis ad promotionem; bona glorificationis ad consummationem. Prima bona sunt creatoris dona; secunda bona sunt creatoris dona et creature merita; tertia sunt bona creatoris dona et creature premia, consummatio donorum et retributio meritorum. Prima itaque bona pertinent ad longitudinem, secunda ad latitudinem, ultima ad altitudinem. Nam in primis, ut dictum est, rationalis creatura ad future plenitudinis perfectionem inchoatur, in secundis proficit et crescit et dilatatur, in ultimis autem sublimatur ad gloriam et in gloria consummatur. De [illegible] distinctione primorum [illegible] contemplationis

Tractemus ergo primo de propitiatorii nostri longitudine quam iubemur in duos cubitos et dimidium extendere. Quotiens itaque creationis nostre bona illa spiritualia que superius assignavimus corde versamus, diligenter investigamus, convenienter distinguimus, sufficienter discutimus, totiens propitiatorii nostri opus in longitudine perducimus et ad certam mensuram extendimus. Huius itaque fabricandi propitiatorii perductione triplex nobis occurrit [illegible] donationum distinctio [illegible] solum vel maxime iuvari de nostre conditionis frequens diligensque retractatio. Propria creationis sue conditione naturale est omni rationali creature et scire et velle. Cogita itaque quam necessarium, quam iustum, quam congruum tam digne creature tam excellenti conditionis bonitati quam iustum nature boni ac mali discretionem dare simul et arbitrii libertatem concedere ut esset bonum eius tam acceptum quam voluntarium, tam gratum quam voluntarium. Ecce in huius discussione propitiatorii nostri perductione laboras. Scrutare contemplare iudicii discretionem, [illegible] sublimitate, et propitiatorium in longum perducis [illegible] si per te ipsum non advertis quam sit utilis [illegible] bonum cum assidua consideratio inflammatur et sollicitatur in bona. Ecce hoc cum [illegible]

Cogita ergo frequenter, considera vehementer, investiga diligenter voluntatem non solum tuam sed et aliorum, seu bonam seu malam. Cognosce tuam ut scias quid corrigere seu unde debeas gratias agere. Cogita et animos perversorum et pravorum et vanas species bonorum et spiritum malorum et per contrariorum considerationem eluceat quid imitari, quid vitare expediat. Attende quid scias, attende quantum nescias et cognosce quantum eminencius [illegible] partibus [illegible] cognosce quantum subiaceas per intellectum spiritualibus [illegible] attendens quantum pre [illegible] spiritum [illegible] cantabis [illegible] benedictam domini

qui michi tribuit intellectum. Cogitens intelligenciam angelicam
clamabis profecto deus tu scis insipienciam meam. Disente ergo ignoranciam
meam utile valde et necessarium michi ut sciam quid desit michi et
cum beato iob dicere possim. Quid ignoravi ignorancia mea mecum
est. Quociens in me metipso attendo quodammodo vel qua seque in certa
et occulta sapiencie sue manifestavit michi profecto magnificat anima
mea dominum qui eruditit nos super scientiam volucrum et iumentorum eo quod ipse
sit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vides certe quanta
sit utilitas huius geminie consideracionis. Attende nichilominus affectu racionalis
voluntatis seu et sensu vocis. Tercia assignatarum consideracionum quid
dicam in qua admirando contemplari et contemplando mirari anime
creature tenere naturam velut excellenciam. Facile ut arbitror patet nam
sicut propria experiencia docet quantum valeant hec speculacio ad inquirendum
Erige vel ad honorem anime. Cognosce queso homo dignitatem tuam
cogita excellentem illam anime tue naturam quomodo fecit eam deus
ad imaginem et similitudinem suam quo sublimavit eam super omnem corpoream
creaturam et statim mirari incipies quomodo inclita virgo filia syon
creata sit de celo mira et per se domino clamare incipies quid in me modo
et ante quid volui super terram. Quid mirum queso si in recordacione consciencie mee
si ad conspectum anime mee subito et absque mora confusio faciei mee operit
me. Verum enim non pudeat dominam induci tamen celi dilecta dei ad
dixisse sinitum corporis prostituisse spiritibus in mundis diu tenuisse sub
iugo servitutis ad faciendam carnis curam in desideriis agitabitur sane quod
cum anime sue dignitatem cogitaverit cum bene attendit quid sit vel esse
debuit unde vel quo creata sit mirabitur in quem quo sua sit quasi vidua
domina gencium princeps provinciarum sua est sub tributo. Adhuc ut arbitror
consideracionem renovare nos voluit qui dixit Quid est israel quod in terra inimicorum
es inveterasti in terra aliena coinquinatus es cum mortuis deputatus
es cum hiis qui in inferno sunt. In hac itaque triplici consideracione debemus uti
iam dicimus spiritaliter mi longitudine consummacione designatus est.

Quod ea que in hac speculacione sunt comprehendi non possunt

Et in primi et secunda consideracione scientiam tuam usque ad dubitum extendere potes.
Nam in tercia omnino non potes ubi enim ad id quod scire oportet in
terminatum ydoneum habes ibi procul dubio quasi rate certitudinis cu-
bitum tenes eo quod rei cognoscende noticiam per experienciam capere valeas.
Quasi enim ad plenum cubitum sciencia tua extendatur cum ad certitudinis
sinitatem per experimentum attingit. Quem queso non doceat propria experiencia
quid sit velle vel quid sit scire. Non legit hoc unusquisque quociens
voluit in proprio corde. Nunquid nam ignoravis quam infinita velis. Quomodo
infinita nolis quam in minima scias quod in minima nescias. Nunquid
quo uides voluntatem tuam quomodo nosti cogitacionem tuam potes
eque videre vel nosse anime substanciam. Quis in quam in hac adhuc
carne positus animam suam vel quamlibet spiritualem substanciam in sua
puritate vidit vel eciam videre potuit procul dubio in hac parte humanum intel-
lectum certum est cuius ad intimitatem. Et ne est cotidie domino clamare illumina
oculos meos. Profecto si quis que cuiusmodi sunt in hac corruptibili carne
videre potuit procul dubio excessum supramencium ductus fuit et ipso
quod vidit intellectus humani metas non propria industria sed revelacione
divina transcendit. Quidquid in hunc modum humana experiencia po-
tuit attingere constat nimirum illud non ad hanc sed ad aliud contemplacionis
genus pertinere. Quantumcumque ergo in hac consideracione ingenium tuum
exercueris quantumcumque studium tuum continuaveris quantumcumque in hac parte
sensum tuum dilataveris sciam tuam ad plenum cubitum extendere non

De intellectu nostro quid et
quid intellectus sit et ad quid
creatus sit

de Immortalitate Anime vide hic
et q̄ mala sequitur opposita sentientibus

potius q̄ illa ^ n̄ negligere debemus que non nisi ex parte comprehendimus

Multum tamen sunt innumera(que) querenda que desiderant etiam capere possumus expectare vel exemplum scripturarum auctoritate colligere vel rationis attestatione probare. Studeamus ergo scire quomodo vel quantum possumus quamvis nos usque ad plenitudinem cubitum extendere non possimus. Modicum quidem multum est quod in istis consideratur scire per terminationem suam adplenitudinem sed multum ponimus modum ad utilitatem. Noli ergo negligere quod potes de hoc cubito sapere quamvis ipsum minime possis complere. Sunt enim detectis tantum que pertinere videntur ad speculationem istam quantum putamus deteneri merimus. Si anime immortalitatem nescis et omnino non constet, quis queso ad futuram retributionem se paret. Quis obsecro vitam suam restringat ne post concupiscentias suas eat. Quis desiderantis malis satisfaciat. Quis sancti ad fortia opera accingat. Quis inter tot diuinorum flagellorum tam necessaria paciam habet. Si de futura vita penitus diffidunt. Totum quod de humani generis redemptione asseritur. Totum quod de diuinis creditur sacramentis. Totum quod de diuinis institucionibus precipitur. Totum quidquid de diuinis promissionibus expectatur penitus destruitur. Si de anime perpetuitate desperatur. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus miserabiliores omnibus hominibus sumus. Vere relinquimus. Quia et securi sumus ipsi quid ergo erit nobis si omnino mortui non resurgunt. Ut quid propter ipsum mortificamur tota die. Similia absurda est sperandi corona iusticie. Si omnino unus est interitus hominis atque iumentorum et equa utriusque condicio quid michi proderit si maiorem serviciis atque iusticie operam dedero. Multo melius fecerunt qui comederunt et biberunt et duxerunt dies suos in bonis qui epulantur cotidie splendide quam qui mortificant tota die. Nonne multo melius nec erit ad domum conuiuii quam ad domum luctus. Si post hanc vitam nichil habet homo iumento amplius cur non vadam et affluam delectis et fruar bonis que sunt. Si omnino mortui non resurgunt cur illam vocem libenter non audiam que dicit comedamus et bibamus cras enim moriemur. Vide certe quanta mala sequatur si de anime immortalitate dubitetur. Minime itaque cognitione nostra sufficiamus quamvis nostris capere debeamus que de hoc cubito efficere possimus. Habeat ergo triplici consideratione etiam michi spiritualis eiusque desiderii ac voluntatis speculatorum rationis opus inchoant et ad diffinitam mensuram perducatur. Cum igitur animus sui in hoc speculatione plene exerit speculatorum sui longitudine iam diffinitur. Videamus latitudinem in inuestigacionis mentem ne tamen

[margin: T C^m. xv]

[margin: credere si non de anime immortalitate non ut]

[margin: qui fuerunt q̄ non dubitauerunt per aliis moriens]

[margin: expleuit hic de speculatorum longitudine]

Secundi gradus sinus contemplacionis. De sub distinctione

[margin: T C^m. xvi]

Ad latitudinem spectat ut diximus ea que sunt ad premotionem sicut ad longitudinem ea que sunt ad inchoationem. Bonum autem unum quod ab opere creature demonstrat. Hoc autem sine duobus non consummatur. Inchoat in iustificando dilatat et se explicat ad latitudinem perficitur. Si creatore sine creatura non compatitur. Nunquam si velles sine creatura opera totum creator perficeret. Et possit quidem qui noluit tot et tanta de nichilo creare nos per se ipsum complere sicut potuit. Virtutes de meis viribus perimimus frustra laboramus si sine eius adiutorio in euangelio suo loquitur. Sine me nichil potestis facere eo quod ipse sit qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate. Non est currentis neque volentis sed miserentis dei. Nemo enim sine ipso per me ipsum potest quid nec saltem dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Ipse est qui operatur omnia in omnibus diuidens singulis prout vult. Ipse itaque gratiam iustificando me opus voluntatem consensum requirit qui

[margin: Iustificacio]

[margin: T opus iustificacio]

Iustificacio requirit Consensum voluntarium

dicit: Si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis. Libero arbitrio consilium cum hoc opus perficitur non dicatur. Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliasset et super tribulantes eos misissem manum meam. Si cum nos in huius operis omnino in-sufficiens [illegible] eius adiutorium imploramus, et [illegible] falsaque eius adiutorem vocamus. Aliud est enim facere atque aliud adiuvare. Quid enim est auxiliari nisi [illegible] operanti cooperari adiutorem cum hoc et in bono cooperatorem intelligit, qui dicit: Adiutor meus et liberator meus es tu, domine, ne moreris. Cotidie autem adiutorem querimus, cum ei in cotidianis orationibus proclamamus: Adiuva nos deus salutaris noster. Propterea ergo quia hoc opus a duobus perficitur, in quo creatura sine creatore cooperatur. Opus itaque est in hoc opere propria industria et divina gratia. Frustra enim quisquam libero arbitrio innititur nisi divino adiutorio fulciatur. Perficitur autem iustificatio nostra [illegible] gratia et inspiratione divina. Sola enim nostra velle, nolle est iam nostrum, ex sola siquidem voluntate recte iusti vel iniusti dicimur, quamvis sepe utrumque ad invicem. Duobus autem modis nobis cooperatur deus, intus videlicet et exterius, sed internus potentia inspirationem, exterius per manifesta opera sive administrationes. Sed nec adhuc contemplationis gratia illa cooperatio que exterius fit eo quod contemplationis [illegible] divino [illegible] sic oportet et hec paulo [illegible] intelligentia subsistere debeat. Hec itaque duo sunt que faciunt contemplationem nostram latitudo scilicet deliberatio et divina inspiratio [illegible] possunt. Quod ad ea solum [illegible] comples [illegible] sit comprehendenda

Quid sit autem deliberatio cotidiano usu didicimus et decens certitudine post tot experimenta [illegible] non possimus. Et [illegible] sciam [illegible] in hac parte usque plenum cubitum extendere possimus. Sed quis queso in hoc dumtaxat mea comprehendere sufficiat quomodo divina gratia cor visitare et sua inspiratione admonere suamque voluntatem inclinare soleat, quantum est in hac consideratione laboremus opus nostrum ad plenum cubitum non extendimus. Quomodo enim divine inspirationis modum humana intelligentia comprehendit, cum dominus in evangelio suo de eiusdem rei incomprehensibilitate admoneat: Spiritus inquit ubi vult spirat et vocem eius audis et nescis unde veniat aut quo vadat. Docemur itaque de gratie divine adiutorio paucitatem septenarium quod ipsi probamus per cotidianam infirmitatis nostre defectum et per manifestum cooperationis ipsius effectum. Ad hoc siquidem totiens eius nobis gratia subtrahitur ut quam per se nichil boni humana infirmitas possit ex proprio defectu doceatur. Ad hoc iterum readducitur que fuerat subtracta gratia restituitur ut per [illegible] eius effectum [illegible] nunc sunt [illegible] omnium. Ut quid enim idque nos possumus [illegible] non possimus nisi quia sunt adiutricem non habemus [illegible] non [illegible]. Propterea itaque quod de divine gratie adiutorio minime nos liceat dubitare, quamvis cooperationis eius modos minime possimus comprehendere. Dubitatur itaque in huius nostre considerationis opere explere non possimus quod ingenium nostrum in huius investigationis latitudine usque ad comprehensionis terminum non extendimus. Propterea itaque [illegible] contemplationis nostre latitudo usque ad duos cubitos sese extendere non valeat vel an cubitum et dimidium iuxta documentum divinum hec oportebat. Si igitur cum tam in hac gemina consideratione ad plenum extensi contemplationis tui latitudinem iuxta meam congruum explesti. De prima et secunda distinctione libri quinto.

Nemo putet eandem esse considerationem illam qua [illegible] suprema possumus voluntatis et hanc quam modo laci

T. de auxilio

T. duobus modis cooperatur nobis

T. c. xviij

T. de ra divine gratie

T. modus divine inspirationis incomprehensibilis

T. de gratia divina concessa subtracta et restituta

T. c. xviij

tudini assignavimus deliberationis. Nam ad illam pertinet quod in nobis agitur
de sola operatione naturae; ad istam autem quod in ipsa actitatur ex propria industria.
Ad istam spectat quilibet animae motus ipsi naturaliter insitus; ad istam quaelibet animae
virtus pro industria comparata. Ad illam denique quilibet animae motus qui naturali
quodam impulsu agitur; ad istam quilibet animi nutus qui rationali quodam
dispositionis moderamine ducitur. Et quidem solemus vim illam animae
quae se valet et solet in tot affectus formare et per tam multiplices modos variare,
vim illam inquam animae solemus voluntatem vocare. Alter eius motum
et cursum, ut ita dicam, instrumenti actum voluntatem dicimus. Et ipsum velle
voluntatem vocamus. Nec solum illud velle quod solo naturali motu fit
voluntas nuncupatur, verum et illud quodlibet animi consensus quod delibera-
tione comitatur. Sed cogit nos utique verborum inopia [?] significationes
modo extendere modo restringere et pro utilitatis exigentia congruenter
variare. Sed ut sufficiat distinguimus quid huic considerationi ascribere de-
beamus. Animae autem consensus et quidquid ex consensu mentis agitur
ad hanc considerationem pertinere videtur. Quemadmodum omnis sensus vel quilibet animae
motus qui contra consensum vel praeter consensum exit longitudinis
considerationi recte ascribitur. Bona namque creationis ut supra iam
dictum est assignanda sunt speculationis nostrae longitudini. Bona vero iusti-
ficationis ascribenda sunt eius latitudini. Est simul quia quidquid
in nobis ante consensum est hominem utique iustificare non potest.
Prima itaque considerationi pertinet diligenter attendere quibus bonis natu-
ralibus mens polleat vel careat. Ad secundam vero spectat nosse quae bona meritis
virtutum iam habeat vel quae nec dum habere valeat. Facile est ut
arbitror videre vel nosse quam sit necessarium vel utile utrumque harum
considerationum familiarem habere et frequenter quidem in contemplationem
adducere. Ex prima enim consideratione agnoscat homo ad quae bona sit vali-
dior atque ad quae mala pronior, quibus studiis debeat vehementius insi-
stere, contra quae mala debeat instantius invigilare, quibus vitiis
valeat facilius corrumpi. Ex secunda autem consideratione intelligit homo quibus virtutis
meritis emineat et quid pro his poenae vel praemii exspectare debeat, quibus culpis vacat vel quantum
cecidit, proficiat vel deficiat, cum quanta animi industria sa-
tagat praeterita mala delere, praesentia declinare, futura praevenire, cum
quanta animi constantia studeat recuperare bona amissa, custodire
vel multiplicare bona possessa. Cum quanta gratia, quanta commoditate, quanta iucunditate
nec spectaculi in consideratione prima tot animae qualitates, tot eius
cogitationes, tot eius affectiones in speculationem adducere et in admiratione animum suspendere. Quam miranda speculatio, quam
stupenda delectatio. In secunda consideratione tot animi virtutes, tot
eius studia, tot eius exercitationes vel merita prae oculis habere et eius-
modi contemplationem divinis inhaerere. Item illo spiritu mentis comprehendi valeant quae ad tertiam distinctionem spectant.

Sed et illud nunc satis dignum videtur in
consideratione speculationis nostrae altitudine omnino creant qui
eius tam longitudine quam latitudine valeat diligenter
et demonstratum est supra ad hanc pertinere considerationem
illa procul dubio quae spectant ad glorificationem, sicut ad eius latitudinem
ea quae sunt ad iustificationem. Sed glorificationis nostrae quis sensus humanus
capere vel quae ratio potest comprehendere? Cuius bonis vel experimenta

Marginalia: q de voluntate; b.; q ly voca[?]; no pt [?] iustificare; Nota; T C. xx; q glorificatio

huiusmodi evidencie committitur vel in alio videt vel in seipso experiri meruit
huiusmodi rei sane homo in hac vita nec sufficiens habere argumentum nec illum
valet exprimere experimentum. Recte ergo dicitur operis altitudini nulla mensura
prescribitur quia glorificacionis nec modus ut dictum est in nullo
vivo sensu comprehenditur. Et quidem appreciacioni non nichil crassitu-
dinis habere dicitur sed in tertiam dimensionem comparacio non reputatur.
Sic utique sic glorificacionis vite certitudine fidei attestacione tenemus
quamvis qualitatis vel quantitatis huiusmodi per intelligenciam nec dum
capere possimus sed permodicum et pene pusillo reputat quicquid hu-
mana aviditas experimento non probat. Scimus autem quia post plenam
emundacionem consciencie post multa exercicia iusticie incipit tandem
aliquando mens humana sperare quod nisi primus poterat audere [illegible]
modum appreciacionis vite mensuram multum surgit et ad soliditatem crescit.
Credo sane pertinere ad soliditatem huiusmodi appreciacionis cum mens ca-
pit in domo glorie et probone consciencie testimonio non modicum gaudere
in tantum ut veraciter audeat prosilire quod gloria mea hec est testimonium con-
sciencie mee. Tu nondum si nondum ut appreciacionem tuam in altum proficiat et magna
prout in hac vita fieri valet soliditate accipiat nunquam desistas
nunquam quiescas donec future illius plenitudinis aliquas ut
ita dicam arras optineas donec eterne felicitatis quantulascumque pri-
micias accipias donec suavitatis divine dulcedinem pregustare incipi-
as. Ad hoc namque sane desiderium animare nos voluit qui dixit gustate
et videte quam suavis est dominus. Appreciacionem ergo tuam non nichil profi-
cimus habere iam credimus si iam degustasti quam dulcis est dominus. Quantum-
cumque ad hanc gratiam [illegible] quantumque in ipsa profeceris debes quod modicum
reputare et future felicitatis magnitudine quasi pusillo ducere.
Hoc est sane quod scriptura sacra tacite innuit que de appreciacionis vite
altitudine dicit nichil exprimit. Et si per taciturnitatem ipsam altius clamet
longeque melius insinuet. Quia quidquid mens humana in hac vita
dum tenerat de vite suavitatis habundancia capere valet pusillo
quasi reputari debeat. Jacobus clamat quod omnino incognitum durat
eius operis nos mensura instruere ad huius inchoacionem humana
infirmitas in hac vita vix potest assurgere. Quod hoc contemplacionis genus possit
in quinque gradus dividi et pertineat ad primum gradum

Sicut ergo primam illam consideracionem que ad longitudinem pertinet in
tria distinximus, secundam vero que ad latitudinem spectat in duo
divisimus, possumus totum contemplacionis in quinque participa-
ciones secare et per totidem gradus dividere. In primo itaque gradu huius
contemplacionis consideremus ea que pertinent ad anime qualitatem vel
dignitatem primo perpetuitatem quod vita quedam et perpetua sit que
nullis penis nunquam ullis terminis extingui possit quod non
solum possit ipsa in perpetuum vivere sed corpus et eciam et vel
sensum anime quod nullo substituto agat quod sine subsidio sem-
piterne subsistat quod sit per tot corporis membra diffusa cum
sit ipsa simplex partibus quod careat individua exsistencia quomodo in
toto corpore suo quasi in suo quodam mundo sit utique ubique
tota quemadmodum deus universum ubique totus in omni creatura
sua quod in illo suo mundo sola voluntate omnia movet atque disponit

¶ experiencia

¶ quantitas [illegible]

¶ C xx

¶ [illegible]

¶ [illegible]

sicut in hoc mundo deus solo voluntatis nutu cuncta regit. qui eodem vo-
luntatis nutu omnia creavit. Invenimus in hoc spectaculo et alia multa
consideratione digna que nec sine admiratione speculari nec sine iocunditate
possis admirari. Quid tamen mirum si invenimus in spiritu rationali miranda multa
atque stupenda cum sit propria dei creatura ad imaginem et similitudinem ipsius fa-
cta. cum sit mirabilis deus in operibus suis magis atque laudabilis in suis
in omnibus magisteriis suis ubi tamen obscurius apparuerint mirabilia virtutis eius in-
signia quam in imagine sua quam in similitudine sua absque dubio compo-
tentia artificis industria que ubique mirabilis apparet in eiusmodi opere
singulariter eminet. De qualitate eorum que pertinent ad quintum studium

Capitulum xxxi

In sexto itaque contemplationis gradu considerantur illa que ratiocinationi sunt vel
virtutis studio desinere possunt et quoque in angustia sic concurrunt atque con-
ducunt. In hac sane consideratione recte miratur volubilitatem cogitationis
agilitatem imaginationis, ingenii acumen, discretionis examen, capacitatem memorie,
vivacitatem intelligentie. Et certa hoc alia quedam stupenda et admiratione digna alia
cum digne pensat quis sufficiat estimare valeat quid mentis considerationis ad-
mirationem non exprimat si diligenter attendat que sit illa tam multiplex cogitationis
humane volubilitas que sit eius tam inquieta et infatigabilis velocitas que per tam
multa et tam varia et tam infinita discurrit que nulla hora nullo tempore in
momento quiescit que tot spacia locorum que tot volumina temporum in tanta festinatione
pertransit cum undique pateat tam facilis transitus tam agilis discursus de summis ad
ima de imis ad summa de primis ad novissima de novissimis ad prima. Quid de imagi-
nationis agilitate facultatisque eius facilitate quid nos dicturi sumus vel quid
digne dicere possimus que omnem colorem quem animus suggerit in tanta velocitate
imaginem depingit eius quidam forte animus pauciorum fuerit quasi ad intus
ex sola cogitatione concipit totum imaginatio absque mora et omni difficultate
separatim per representationem format et quamvis rerum formas sub nimia festinatione
reputat. Qualis queso est tot rerum atque tantarum in momento in ictu oculi pre-
formare valeat. Ecce per imaginationem animus cotidie novum celum novam
terram cum voluerit creat et in illo fantastico mundo quasi aliquid quem contur-
quantasque eiusmodi quid tantas omni hora actitat et providentia format
Ingenii autem si ingenii acumen attendimus quid in illo mirari debeamus
vicinus invenimus valde quia multa immo pene infinita humano ingenio per-
via sunt que nullo unquam corporeo sensu attingi possunt. Unde quando
illud humani ingenii acumine solet profunda mysteriorum intima per pene-
trare in involuta et obscura et intenebris posita evolvere enucleare illu-
strare et illucentem evocare. Intimus ut ita dicam latitantis nature sinus
abditos quasi recessus vivacitatis sue subtilitate cotidie adit intuetur atque
pertransit festinans et anhelans per in ultiora penetrare et altiora conscendere.
Attende quid sic disciplinas invenit quo tot artes excudit et tunc incipies
obstupescere et in ultima admiratione deficere. Sic sane et memorie capacitatem
eius quasi amplitudinem attendens invenies absque dubio quid digne mirari debeas.
Quantus queso est ille tam immense amplitudinis sinus que tot rerum
substantiarum formas tot genera rerum tot species generum tot indivi-
dua specierum individuorum non tot proprietates tot qualitates tot quantitates
accidentes et presentes suis sitque loca et temporum latitudines et ambitus complectit
abscondit atque custodit quicquid custodita ibi in medium profert. Cogita si
potes que sunt illa gazophilacia quam multa quam lata quam ampla
quam profunda vel alta que tot sic thesauros et sapientie gazas possunt
unquam colligere et recondere. Secunda procul dubio memorie

Capitulum xxxi tractat de {Cogitatione, Imaginatione, Ingenio, Memoria} et eorum {Volubilitate, Agilitate, Acumine, Capacitate}

Cogitationis volubilitas et inquietudo celeritas

Agilitas imaginationis

Ingenii acumen

Memoria

capacitas, sed nec minimus invisibilis intelligencie humanitas. Quam sit autem magna id minimum facile est perpendere et ex predictis colligere. Quicquid enim sensus attingit, cogitacio percipit; quicquid imaginacio format, ingenium investigat, memoria consignat; horum omnium noticiam intelligencia capit et ad libitum in consideracionem admittit vel in contemplacionem adducit. De consideracione eorum que pertinet ad gradum tercium

In tercio huius contemplacionis gradu consideramus racionalis animi nobilitatem. Multiplicem varietatem affectionum eius quis eam digne explicare possit? Quot alternacionis modis momentaneas permutacionibus induit, quam multiformiter se alternantem inquietudinum motibus natura consuevit. Cogitet quisque quibus perturbacionibus cotidie animus suus afficitur, videatque colligat quam multiformiter variatur. Modo se in fiducia erigit, modo in diffidentiam cadit; nunc penitencia affligitur, nunc subitaneo timore concutitur. Modo enim ira perturbat, modo invidus furor agitat. Nec illud adeo mirum quod novis qualitatibus diversisque perturbacionibus per singula momenta afficitur, sed illud supra modum stupendum quod sub eodem pene momento contrariis affectionibus tangitur. Nunc adeo nunc accenditur, modo gaudio, modo merore distrahitur. Quam sepe videmus inter intima congratulacionis nostre tripudia quomodo supervenientes subitoque emergentes tristicie causa animum vehementer concutit ac deicit, et omnem illam exultacionis animi sollempnitatem subito in merorem vertit. Nec tamen adeo mirum quod pro diversis rebus animus sepe et subito contrariis se qualitatibus induit, sed illud multo mirabilius quod circa unam eandemque rem contrariis affectibus contrarios affectus superduat. Nam diu multumque dilecta nimis postmodum adeo sepe perspicimus et vehementer approbata atque desiderata subito detestamur. Sed ut adhuc amplius mireris, unum eundemque hominis affectum si diligenter attendere vel circa unam atque eandemque rem multiformiter variari videbis. Nam modo de magno fit parvus, modo ex parvo fit magnus; econverso autem de magno fit maior, atque de modico fit et adhuc minor. Idem itaque animi affectus circa eandem rem crescit atque decrescit, et modo vehementer intumescit et modo pene, modo penitus deficit, et post plenum sepe defectum iterum reviviscit. Attende et illud in humano affectu quam sit mirum, in magnis et in sublimibus sublimissimus fit, prius infimus et in vilibus, unde quasi sit ipse magnus et sublimis cum se in altum erexit, quasi sit prius et vilis cum se in ima deiecerit. Videmus enim sepe et mortem contempnere et velle, et vix nocturna silencia vel tempestates ... timidum aut ipsum videlicet postmodum seu etiam foliorum lapsum subito trepidare et ad commocionem pavere. Sed quis eius mutantes humane affectionis qualitates enumeret, quis eius varietacionis causas modos explicare sufficiat? Pene quot sunt diversitates rerum tot sunt varietates affectionum. Sic enim in approbacione vel reprobacione diversa, in affectione rerum circa diversa diversimode afficimur. Sic enim iudicium approbacionis variari solet desiderium affectionis. De consideracione eorum que pertinet ad gradum quartum

quia caput meum plenum est rore. cincinni mei guttis noctium. Et obsecro quid ingratam pensit quod meatos premisit qui ostium clausum reperit. Adhuc non dilecti tui saltem non statim ipsius aspectus introducat. Et inamplexus eius exponam. Uxuit me tunica mea quo induar illam. Lavi pedes meos quo inquinabo illos. Expectet tum modicum si mult ut suscepta illum pulsat et iniuriam populat et dicis expecta. Iterum expectat. Ecce iterum pulsat et dicis re expecta. Et quid inquis est magis si expectat modicum expectatum timeo ne istud modicum protrahas in longum donec transeat et declinet dies inclinatisque fatigatus discedat. Ostendit hoc illa nox tua et ruinas sera querela. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo at ille declinaverat atque transierat. Et ecce iterum redeuns paventes contemptus iniuriam non reputans stat post parietem respiciens per fenestras prospiciens per cancellos audi vocantem quem noluisti recipere pulsantem. En dilectus tuus loquitur tibi. Surge propera amica mea columba mea formosa mea et veni. Eum non statim occurris amplectendo et osculum ingeris. Quid adhuc dicis expecta. Itaque adhuc expectat. Ecce iterum vocat. Surge amica mea speciosa mea et veni in foraminibus petre et in caverna macerie. Quid tu. Re expecta ad huc modicum. Anima ingrata cum ista dura desperans affligis, miseram tuum usque quo fatigas dilectum tuum pulsat et non vis aperire. Vocat et iterum pulsat semel et iterum et tu cum expectare tu re expectare iubes modicum et modicum. Vocat semel vocavit iterum tu mihi Solon quem expectare et re expectare cogis modicum et modicum modicum in uno loco et modicum in alio modicum ibi modicum ibi. Cogitur itaque dilectus tuus facere sepe et multum quod tu dicis modicum et modicum iam modicum et modicum protrahis in longum et longum et in hunc modum fraudis amicum tuum et fatigas dilectum tuum. Quanto facilius quanto rectius faceret ut pro foribus absconditus ut cum Abraham dilectoris tui adventum expectares ac venienti occurreres et cum exultatione susciperes. Fac sicuti dilecti tui columba in foraminibus petre in caverna macerie suspensis aliis collocata prensa fores prospice et amici tui adventum cum columbino quodam cantu et gemitu querens et expectans. Sed forte adhuc nec cherubim alas non habet nec si habet expansas nondum habet. Nondum enim opus fortassis adimplevit sermonum necdum formam illam angelicam contemplacione iuxta quam fiant consummaverit. Quam sit pauco dicere ut amicus semper habe paratum

Talia sed dilectis qui foris sunt qui spiritualem dilectionem nec dum scire potuerint qui cum multa doctorum cotidie dictis vel scriptis audiunt. Nec tamen acquiescunt cotidie peccantes cotidie penitentie tempora dari sibi postulantes. Et quibus dum quandam libenter audiunt quid aliud per studium quam manum re manum dicit. Et dum cotidie peccatis peccata accumulant quid aliud quam expecta re expecta per se sedulo clamant cotidie spatium penitentie postulantes et respirandi tempore cotidie promittentes cotidie prolongantes. Certe ad sanandum desiderium suum totum huius vite spatium carnali menti videtur primum et dum eius modi animus modo in uno vicio modo in alio multa tempora expendit totumque tamen velud momentaneum reputat. Quid quaeso dicunt aliud nisi expecta modicum ibi modicum ibi respirat. Sed de istis interim taceatur. Quid de nobis obsecro dictum sumus qui habitum religionis suscepimus qui spiritualibus exerciciis mancipati sumus qui divine dilectionis assidue graciam velud avidius accipimus. Quamvis tamen nos quid

¶ p[r]ofencia inppar[i] ...

q[ue]d[am] xviij

Tandem et ... tio contemnens

Expecta

Convertit sermonem ad se ipsum et ad Religiosos vivos

Ad Religiosos sermone tuo ... ex quo ... Amen dico vobis ...

queso dicemus qui vel aliud nuncii officii huius [illegible] legere psallere et orare
meditari speculari et contemplari vacare et videre quam suavis est dominus.
Nunc nam nos non pudebit eadem dicere et dilectum nostrum in huiusmodi verbis
fatigare. Quando remanda manda remanda expecta reexpecta. expecta reex-
pecta modicum ibi modicum ibi. Cotidie nisi fallor vos qui lectioni vel medita-
cioni insistitis eius nuncios suscipitis mandata cognoscitis. Quotiens ex
absconditis scripturarum recessibus novos intellectus eruimus quid aliud
quam quosdam dilecti nostri nuncios excipimus. Hinc sane negacio sub-
sunt omissam lectio sagaxque meditacio. Illi itaque legentibus illi medi-
tantibus divinorum secretorum intimum accurrunt qui dilecti nostri mandata
ad nos perferant et de singulis instruant. Et sepe fit ut una eademque
scriptura dei multipliciter exponitur. Multa nobis unum loquatur. Mora-
lis nos docet quid dilectus noster facere nos velit. Allegoria ammonet nos
quid pro nobis per se instructionem fecit. Anagogice ponens quid adhuc de nobis
facere disponit. Sub hunc itaque modum nobis sepe mandat et remandat et qui
primum nuncium multa nobis denunciat. Sepe nunc itaque mandatum
sub variis enigmatibus et figuris exponitur ut mentibus altius imprimatur
et dum id nobis multis modis et multociens dicitur quid aliud quam item
sepe remandare videtur. Et quam multi sunt qui huius nuncios cotidie accipiunt
desipimus in tempore vel negligentia parum aut penitus nichil corrigere voluerunt. Sunt
sine dubio possunt gravari nec aut edificari. Sciam quidem non sanitatem
affectant nec tam sancti quam scioli esse desiderant. Dum ipsam cotidie
in visibus novos sensus novos intellectus querunt quid aliud quam
manda remanda manda remanda. Per affectum vel studium clamitat. Huius
nuncios cotidie recipimus et aliis alios. Atque sepe supervenientibus alios
adhuc cotidie importune exigimus et nisi nullus dominus sabaoth
fortiter inclamamus manda remanda. manda remanda. Quanto magis
copia eorum nunciorum habundat tanto sane acerbius tanto molestius
propria nos conscientia accusat et arguat. Hinc fit sepe ut vitam nostram cor-
rigere disponamus semper tamen differamus et dum hoc fieri in futuro promi-
simus ut illud futurum quod sit futurum. Sepe autem aliquod certum futurum determinatur quo corrigatur vita
nostra et tunc iterum dilecto nostro expecta. Et cum futurum illud in presens venit
et in aliud sibi transfertur. et tunc reexpecta. Certa multi sepe promittunt
fortiterque ipsi statuunt ut si vel alicuius affectibus quibus nitimur impli-
cantur semel detur se posse explicare nunquam amplius in eadem velle
recidere et tamen modicum illud se postulat expectare. Et cum eosdem forte
affectus amisit paenitus quod absciderunt vehementer satagunt restituere.
Quod persolvunt et iterum adhuc modicum se volunt et petunt reexpectari. Sane
hoc tantum dicunt modicum et modicum quidquid usque non satiat desiderium
quantumcumque sit affectum videtur parvum. Modicum itaque et modicum se ex-
pectari petunt qui eiusmodi sunt. modicum ibi et modicum ibi modicum
et modicum sepe sub affectu uno tempore tamen alio et alio ibi et ibi sub affectu uno
et altero et tempore tamen uno et isti omnibus dilecto nostro cantamus canticum
odiosum. Expecta reexpecta modicum ibi modicum ibi. Quando putas
et anglicanam formam considerare perfectum cum opus sit in hoc opere
clarum expressione urgente incipiam continuatione missione in tua

Te. x

ut nunquam in hiis studio liceat desideriorum nostrorum pennas a bonitate visionis elevatione deponere. Quod sit arduum et difficile perfecte mentem separari ad se ipsam cum dicam amica non dicam incitura tota colligere et in solo dilecto desiderio requiescere

Nimis dura vel diuturna sed pro modica adventus morula impacienti desiderio satis est molesta. Spes siquidem que differtur affligit animum. Debet itaque vera amici dilecta et vera dilecti amica ut superius iam dictum est prompta esse et parata esse et pulsanti amico absque ulla dilacionis mora sustinere et vocanti cum omni alacritate occurrere.

Amor singularis

Quoniam autem quod singularis amor consortem non recipit socium non admittit. Vide ergo ne te primum incipias perstrepentium turbas eicere velle cum iam ipse cepit ad ostium pulsare. Alioquin quid iam ais dictura cum apud te tunc temporis fuit eiusmodi turba inventa. quid inquam ais dictura nisi aperta reaperta. Opertendum sive itaque reaperiendum addiciendum etiam extraneorum. addiciendum familia tuorum. Omnis cogitatus tuum nam quia noxii extranei iudicandi sunt qui nulli nec utilitati deserviunt. Illos vero quasi domesticos vel familiares habemus quos aut usibus vel utilitatibus implicamus.

Quod extranei cogitatus et familiares est domestici

Certum non singularis amor solitudinem amat. solitarium locum querit. requirit totam huius turbam nec solummodo cogitacionum verum et affectionum eicere ut dilecti viri amplexibus quanto liberius tanto iocundius liceat inherere. Enata queso in eiusmodi expectacione mora queras ne repetas aperta reaperta morare ibi modica ibi modica in imo loco. morare in alio modicum. morare in vestibulo. morare in thalamo. donec tandem aliquando post multa expectacionum post multam fatigacionem advenientem introeat et intra unum atque secretissimum locum optineat. Morare in atrio dum tumultuancium turba digeritur. Morare in vestibulo dum thalamus adhornatur. morare in thalamo dum lectulum sternitur. Et cogitandum omnibus hiis locis expectare modicum et modicum morare ibi et morare ibi. Certulo auditur in vestibulo videtur in thalamo deosculatur in cubiculo amplexatur. Auditur per memoriam videtur per intelligenciam deosculatur per affectum amplexatur per applausum. Auditur per recordacionem videtur per ammiracionem deosculatur per dilectionem amplexatur per delectacionem. Vel si hoc melius placet auditur per revelacionem. videtur per contemplacionem deosculatur per devocionem astringitur ~~addulcedinis~~ ad dulcedinis sue infusionem. Auditur per revelacionem donec vocem eius paulatim invalescente tota perstrepentium tumultuacio sopiatur solaque ipsius vox audiatur donec omnis illa tandem tumultuancium turba disparuit solaque cum sola remaneat et solum sola per contemplacionem aspiciat. Videtur per contemplacionem donec ad insolite visionis aspectum pulcritudinis admiracione paulatim anima incalescat magis magisque ardescat et tandem aliquando tota incandescat donec adusque puritate interiusque pulcritudine tota reformetur et ille interius thalamus purpura et bisso iacincto coccoque bis tincto undique pingatur donec tandem aliquando thalamo ornato et introducto dilecto sponsa iam male ferente desideriorumque urgente cum se ultimus non cohibere non valeat subito in amplexu ruat et impressis labiis intime devocionis oscula figit per devocionem sepe et multiformiter deosculatur dum

intimum cubiculum secreditur donec intima anime sinus ad summam pace
et tranquillitatem componatur donec tandem dilecti intus verba collocatio
ad ineffabilem quandam divine dulcedinis infusione tota mellitus
desideriis liquescat et spiritus ille qui non adheret deo unus spiritus fiat puto
quod expectata tanta dulcedine et tam intima suavitate delecto unum non
possit anima sua pulsanti dilecto aliquas moras innectere vel ulla
expectacione fatigare nec ultimus per hanc partem dictum sit expectata re ex-
pectata protinus cum sibi ipsi omnis mora nimis longa et expectatio
iudicatur onerosa. Deinceps ut arbitror cum abraham patriarcha
seu et helyas propheta adhitacionis sue introitum libenter aperiebat
ut ad dilecti sui susceptionem quod parata sit. Sub hoc tempore ut arbitror
illud opus nimium ductile incipit non mediocriter perfici et cosimilacio
lacius extendi et sese nimium quasi advolatu ad hora suspendere
impossibile cum quod anime seipsam ex semetipsa tota effundit et super semetipsam elevat

Et quamvis nimium parata sit tunc temporis cuiusmodi ad adventum
suscipere nescio si et quasi parata et expedita sit veniendi occur-
rere. Timeo ne adhuc per hanc partem dilecto suo omnis sit dictum
expectata re expectata expectata re expectata moram ibi. moram ibi. puto
enim non esse eiusdem facilitatis suscipere venientem et sequi vocante
aliud est in ipso introire atque aliud est adipisci anime ibi anima ad
seipsam revertitur et cum dilecto suo usque ad intima cordis sui penetralia ingreditur. Hic extra semetipsam ducitur et ad sublimia
contemplandum sublevatur. Quid namque est eius introire nisi
se totam in se ipsam colligere. Quid vero est eius exire nisi
extra semetipsam totam effundere. Nichil itaque aliud est tamen
cum dilecto suo in cubiculum ingredi et solam cum solo morari
quam prius nisi exteriorum omnium oblivisci et in eius dilectione
intime delectari. Et solam cum dilecto intus quam exteriorum omnium
oblita expressa consideracione in dilecti sui dilectione summe et
purget et eorum que in intimis suis consistunt cum summum
in cuiusmodi affectum inflammat et tam ex bonorum quam ex
maiorum suorum consideracione in gracie actiones assurgit et sicut
propinquum sibi prodita pena intime devocionis victimas proposuit usque
intimum dilecti perducit et in optimo collocatur quod cum intimo affectu
super omnia diligitur. Cogita quid sit quod cum sua ardencius dilexisti
anxius gravisi quod te iocundius afficiebat ceterisque omnibus prae
delectabat. Consideri ergo si eandem affectionis violenciam delectacionis
habundancia senciens quam in summi dilectoris desiderii marcescit cum
eius dilectione requiescas. Cui dubium sit quod intimum illud affectionis
tue summi nec diu teneat si intime dilectionis ardens animatur
in divinis affectibus minus per vitam tepidius exagitat quam in
alienis affectibus aliquando penetrare vel cogitare solebat. Sed si tantam
prius vel forte validiore dilectionis vel delectacionis violenciam
in intimis tuis circa divina per speciosa que alias in mestis experta fuit
vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari vel consolari
posses. Certe quidem possimus ex aliena qualitate re consolacionem vel
iocunditate concipere nondum audeo dicere delectum nimium intimum
ardentissimi amoris sinu tenere. Satage festina trahe eum ad

[margin:] ...
[margin:] q ... intimus ... exitus
[margin:] q tamen cum dilecto ... ingredi

[illegible] modus manifestacionis diuine

b [illegible] manifestacionis diuine dilectionis [illegible]

Translacio diuina [illegible]

iiij

hinc ad intiora et secreciora cordis tui penetralia quousque eos adhuc eiusmodi
ara. Nunc eum traxit in intimum illud cordis humani penetrale tales [illegible]
sunt seu et optime posse in quibus summum et singularis amoris violencia eum
aliquid [illegible] affectum infixit aliqua omnino delectacione avelli non possit. Certe
si aliena aliqua consolacione quosvis vel recipis diuinum quamvis fortassis
summe nondum tu singulariter diligis. Nondum ergo intimum penetratur nondum
in optimo collocatur. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua
quo te ducit vel possis sequi eum ad sublimia sua. Certum ergo signum
tibi signum sit quousque eos anima quod dilectum tuum minus diligis si ad [illegible]
ariditas illas excessus nondum minoratur vel veritate sequi nondum meruit.
Quo eum perfecte diligis vel diligeris si in summi [illegible] desiderio ad superna non
rapis et manasticas illas mentis alienacione non transis. Sed nosse quod
sublimitas diuine revelacionis sit manifestum diuine dilectionis indicium.
Iam non dicam [illegible] vos servos sed amicos quia omnia nota feci vobis que
audiui a patre meo. Attende et illud quod pro magnitudine diuine dilectionis pro
modus diuine revelacionis. Comedite inquid amici et bibite et inebriamini
karissimi. Certe qui amici et cari sunt comedunt quando karissimi bibunt. Immo
non solum potantur sed et inebriantur. Certe qui comedunt cibum sumptum
cibum masticant non sine mora vel qualicumque labore illud in quo delec-
tantur trahiciunt. Qui vero bibunt cum summa velocitate vel facilita-
te illud quod sicciunt traducunt. Unumquid ergo non ibi tibi videntur
comedere qui cum longa meditacione vix possunt ad intimas delicias per-
tingere. Bibunt autem quodammodo qui in diuinis revelacionibus summa cum
velocitate et iocunditate hauriunt quod de intima veritatis suavitate
ardent concupiscunt. Cum igitur comedunt sed karissimi bibunt quia pro
mensura dilectionis dispensatur et modus manifestacionis. Ebrietas [illegible]
mentis alienacionem efficit et superne revelacionis infusio eos dum
[illegible] qui karissimi sunt in mentis excessum abducit. Talem propheta ebrietate
desiderare voluit cum dicit inebriabuntur ab ubertate domus tue
et torrente voluptatis tue potabis eos. Si igitur concupiscimus hac ebrietate madere
et hos mentis excessus frequentare satagamus deum nostrum intime
et summe diligere et omni hora in diuine contemplacionis gaudium summo cum
desiderio anhelare et hec erit nostras cherubim expansas alas habere. Certe in
quanto iam labore sudauimus. Ecce quam multa in alpinis trulocacione
nisi summus ut cherubim nostri alas suas sufficienter expanderet et propi-
ciatorio nostro quale quale obumbraculum obtenderet. De hiis que specialiter
pertinent ad quintum genus contemplacionis.

Restat modo et illud quod vere cur se debeant duo cherubim mu-
tuo respicere et in respiciendo vultum in propiciatorium vertere. Respiciunt
se inquid mutuo versis vultibus in propiciatorium. Diximus autem
superius quia ad primum cherubim pertinet ea que sunt supra racionem
nec tamen preter racionem. Ad secundum cherubim pertinet ea que sunt supra
racionem et videntur esse preter racionem. Habet itaque discrecionem. Videte
ne forte ad primum cherubim specialiter pertineat ea que consideratur
circa diuine illius summe et simplicis essencie unitatem. Ad secundum
autem cherubim ea que considerantur circa personarum trinitatem. Quam
multa enim sunt que de personarum trinitate creduntur asseruntur et
scriptura asseruntur et scripturarum auctoritate probantur que omnino vi-
dentur nature repugnare et omni humane racioni que recte itaque
cognoscit omnia ad secundum cherubim pertinere dicuntur in quantum illa que hu-
mane racioni repugnat in contemplacionem adducuntur. Que autem

[illegible]

[marginal notes, left:] Intellectus — b publicamus diuine revelacionis — Comedunt — Bibunt — b Inebriatur — Capitulum xvii — De personarum trinitate

circa diuinitatis rerum unitatem considerantur in una et simplici natura
uideamus quam sit humane intelligencie maximum excellencia cui tam nichil
longius sit uel consentanea et ideo maxime ad primum assensum hoc est ad sui
contemplacionem primus prouerbium / certe principale illud et summum omnium credimus
esse simplex et summum unum et in illo uno et simplici bono esse omne
bonum / Quantum adherencia nichil illo simplicius quantum adessencia nichil
illo multiplicius / Quantum adherencia quid illo simplicius quod esse et sum-
me unum est quantum adessencia quid illo multiplicius quod uere et
absque ulla dubitacione omnia potest / Vide quam sit difficile humana racione
comprehendere omne quod est / et tunc intelliges quam sit incomprehensibile
illud bonum in quo omne bonum est / Supra rerum est comprehendere quo
bonum illud esse simplex et summe unum esse bonum sit / Verum huic assercioni
racio humana facile acquiescit et sua attestacione aliud considerantes et
necessario contestans quia plenum atque perfectum et omnino sufficiens
non esset si in illo et summo et sempiterno bono boni aliquid defuisset / Quid
ergo comprehendi potest quod immensum et infinitum est / Magnus inquit dominus
et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis / Et quis potest
capere quod non comprehendit quomodo possit simul utrumque esse et esse
simplex si est immensum et summe unum si est infinitum / Et cui ro
cui racionacioni attestatur quod esse et simplex est quod non accidit compositum
non est / quod omne quod compositum est naturaliter diuidi potest / et quod naturaliter est
diuisibile scilicet aliquid est et commutabile / consentit ergo racio esse simplex
esse ipsum incommutabile esse quod constat optimum et summum omnium
esse apud quem inquit non est commutacio nec uicissitudinis ob-
umbracio / Si igitur bonum est incommutabile esse bonum et eque
erit simplex esse / Consequens ergo est quia summe simplex est quod sum-
me bonum est / Si igitur illo nichil simplicius nichil est illo sub-
tilius nichil illo profundius et profundissimo nichil infinita
bilius et consequenter nichil incomprehensibilius / Videamus adhuc quod
communia collacione prouenerat simplicitatis et immensitatis / unitatis
et multiplicitatis si esse bonum ibi est et quidquid ibi est summe bonum
est ergo summa potencia ergo summa sapiencia summa bonitas · summa
felicitas ubi una summa simplicitas totum quod est unum idemque ipsum
est · Unum itaque idemque est eidem et nunc intelligere et posse bonum
et beatum esse et uide quam hoc sit incomprehensibile non ergo est ali-
unde potens aliunde sapiens aliunde bonus et aliunde beatus
/ Cogita ergo que sit illa sapiencia potencia cui est id facere quod fieri
uelle / Attende que sit illa sapiencia cui id est posse quod scire / pensa
que sit illa bonitas cui quidquid placet eo ipso decet quo placet
cui quod displicet eo ipso dedecet quo displicet / Considera que sit
illa uita cui idem est esse quod beatum esse / Item et illud attende
quia si uere omnipotens est et ubique potest potencialiter ergo et ubique est
ubi locus est et ubi locus non est / Si non potencialiter et essencialiter quia
non est alia eius potencia et alia eius essencia / essencialiter ergo
est intra omnia et extra omnia infra omnia et supra omnia / Si intra
omnia nichil illo secrecius / si extra omnia nichil remocius / si in-
fra omnia nichil illo occultius / si supra omnia nichil illo sublimius
Quid ergo illo incomprehensibilius quo nichil secrecius nichil

remotius nichil occultius nichil sublimius. Hec si in omni loco est nichil illo presentius. Si extra omnem locum est nichil illo absentius. Sed numquid eo ipso absentius quo omnium presentius et eo ipso presentius quo omnium absentius cui aliunde et aliunde nouum esse omne quod est. Sed si absentissimo nichil est absentius quid illo inuisibilius quid illo incomprehensibilius. Item si non est aliud eius potestas et aliud eius felicitas ubique summa potestas ibi et summa felicitas. Summa ergo felicitas ubique est. Quomodo ergo uel in infimo summe miserie locus esse potest uel potest quisquam miser esse cui summa felicitas nusquam potest abesse numquam deesse. Omnia mira et nec incomprehensibilia multa immo pene infinita trinitatis diuinitatis unitate et nec unitatis consideratione ratio approbat cum tamen non comprehendit. Huiusmodi utique omnia supra rationem sunt nec tamen preter rationem sunt et eo ipso fidem superius etiam determinatam ad primum credentibus se preterire ostendunt. De hiis que supra rationem preter et aduersa ... c. 9

Circa personarum autem trinitate trinitatibusque speculantem quam multa similiter credimus ueraciter asserimus que tamen non solum supra rationem sed et contra rationem esse uidentur. Credimus unum deum patrem et filium et spiritum sanctum. Patrem a nullo filium a patre solo spiritum sanctum a patre et filio. Filium nascendo spiritum sanctum procedendo. Credimus itaque unum eundemque in personis trinum et in substantia unum. Sed alius est pater alius filius alius spiritus sanctus. Nec tamen aliud est pater quam filius nec aliud pater uel filius quam amborum spiritus. Nam alia est persona patris alia filii alia spiritus sancti cum sit omnibus una substantia eadem essentia et sola natura. Hec omnia credimus. Hec omnia profitemur et constat uera esse et tamen in hiis omnibus si iuxta humanam estimationem pensentur uidetur humana ratio fortiter repugnare. Pater est ingenitus. Filius genitus ... nec substantia patris ingenita filii genita est cum utriusque sit una eademque substantia erit eadem ipsa genita et ingenita. Hec est genita et ingenita. Numquid eadem ipsa gignit seipsam ingignit a seipsa. Numquid ergo eadem ipsa gignitur et non gignitur nascitur et non nascitur. Si filium nasci dicimus quid de eius natiuitate dicemus. Numquid eius natiuitas eterna non erit apud quem non est commutationis nec uicissitudinis obumbratio. Si eius natiuitas aliquando non fuit quo patri coeternus uel coequalis fuit. Et si aliquando non erit quo illa natura incommutabilis erit in qua aliquid transisit. Si semper fuit quo ab alio esse accepit qui numquam esse incepit sine quo pater numquam esse potuit. Et quo eius natiuitas perfecta est si adhuc futura est. Cum forte uideatur semper ut possit esse semper. Numquid ergo non una sed multiplex infinita erit quam infinitam esse oportebit. Demum quid non de filii natiuitate diximus inde ne forte et circa spiritus sancti processione eadem dicimus que possimus dicere et ista si iuxta humana estimationem pensentur humane rationi impugnare uidentur. Si spiritus sancti cum patre eiusdem potentie est numquid et ipse potest quicquid et pater potest. Numquid ergo talem filium qualem pater gignere potest. Sed forte filium gignere potentia non est. Et talem filium qui omnipotens est. Sed forte non uult cum possit

infernum
miserie
q. xviii
q. de personarum trinitate
a verit

Quomodo ergo eandem cum patre nativitatis similitudine similitudinis eius plenitudine possidebit. Multa in huiusmodi modo et pene innumera circa personarum trinitatem invenies que humane rationi non solum incomprehensibilia sed et dissona reperies. Multa nequaquam pauciora invenies circa personarum trinitatem multa etiam in illa incarnatione circa salvatorem invenies. Quid queso est in quo humanitas et divinitas unite sunt una persona esse possint unum aliquid quod homo est vel aliquid quod deus est vel aliquid quod utrumque est. Sed si utrumque non est quomodo unum possint quod ab alterutro alienum est. Si aliquid quod homo est ergo creatura est et tamen creatura non est. Si aliquid quod deus et homo est numquid ipsum utrumque erit et utrumque non erit creatura scilicet et non creatura. Sed quod ipsa valde est intima et super usque questionem arbitror non inmerito et ideo fortassis rectius supprimenda.

Sed de anima Christi quid dicis quam omnem gratie plenitudinem accepisse negare non audemus. In ea quippe precipue sit anima ipsa accepit ex gratia quia in ipsa habitat omnis plenitudo corporaliter. Si accepit omnem plenitudinem gratie ergo et plenitudinem sapientie ergo et plenitudinem potentie. Si ergo equalem sapientiam equalem potentiam habet cum patre quod negari non potest numquid patri equalis erit et creatura creatori coequari poterit quod omnino fatendum non est. Sed si equalem potentiam equalem sapientiam habet quomodo ei omnia coequari non [...] absque dubitatione. Sed quid hec de anima Christi dicimus cum corpus eius nostra fidei assertione multa credimus atque tenemus que humana ratio impugnat et impossibilia iudicat. Cum corpus suum Christus discipulis suis distribuebat numquid seipsum suis manibus portabat. Numquid idem ipse erat qui portabat et qui portabatur et qui dabat et qui dabatur. Cum a discipulis sumebatur dentibus terebatur. Numquid forte in eo quod dabatur invisibilis erat quamvis sic quod dabat sicut visibilis sit et passibilis erat. Numquid ergo unum idemque corpus uno eodemque tempore erit visibile et invisibile passibile et impassibile et videtur esse impossibile. Vide quam multis in locis et unde hoc quod sit incomprehensibile idem Christi corpus cotidie consecratur et geritur. Numquid ergo per partes dividitur ut in tam multis locis geritur. Quomodo ergo ipsum erit nec impassibile et nec incorruptibile cum sit per tot loca dispersum usque manet integrum et incorruptibile et unum in diversis. Si igitur attendis in quam multis locis peragatur sacrificium unius idem esse possit quod te queso tua dum cogitacio in quam multis sub tempore uno idem corpus videatur in infinitis locis esse posse et super comprehensionem spiritus. Si igitur tam incomprehensibilia et incredibilia videntur que de corpore Christi nascitur creduntur, quanto magis illa que circa animam Christi considerantur omnem humanam rationem longe excellencius super excedunt. Incomparabiliter sublimiora sunt que circa personarum trinitatem considerandi occurrunt. Confirmatur itaque videntur humane racionis angustias non solum excedere sed in summo rectius credere pertinet. Recte itaque dictum est quia maxime que considerantur circa divine simplicitatis unitatem pertinet ad credendum primum que non considerantur circa personarum trinitatem maxime spectat ad credendum solum. Actum itaque primus contemplacionis pertinet ...

de incarnacione Christi
de anima Christi
de corpore Christi

Error: Arrii dispergit unitatem / Sabellii evacuat trinitatem

[illegible] **De mutua collatione duarum novissimarum speculationum**

Ca^m xix.

Hoc autem in hac gemina consideratione, de quinto videlicet et sexto contemplationis genere, caute observandum et diligenti observatione praecavendum, ut sic asseramus ea quae pertinent ad unitatem, ut non illa destruamus quae pertinent ad trinitatem; sic in summis illis et divinis astruamus substantiae unitatem, ut tamen non evacuemus personarum trinitatem; et sic affirmemus personarum trinitatem, ut tamen non dissipemus substantiae unitatem. Debent itaque duo illi cherubim seipsos mutuo respicere, nec ulla intelligentiae suae consideratione a mutuo concordiae consensu speculationis suae aciem in contraria divertere. Quam multi, ut puto, ad summae divinitatis unitatem sentiendam Trinitatis fidem evacuare contendunt. Et item quam multi eos qui trinitatem asserunt divinae essentiae unitatem dissipare voluerunt. Clamat dicens: Alius est Pater, alius est Filius, alter autem Spiritus sanctus. Recte quidem dicit, si alius dicit, non aliud. Hoc utique, ut puto, qui dicit, divinitatis unitatem dissolvit. Verissime dicit idem Deus qui vult Pater est, qui vult Filius est, qui vult Spiritus sanctus est, ipse tamen unus est. Iste autem, ut puto, qui loquitur, nec Trinitatis fidem evacuare conatur. Hujusmodi sane cherubim nec ab alterutro aspectu faciem avertunt, quia asserere ... multum diversis et sibi ipsis oppositis intendunt et adsistent. Verbi primi cherub dicimus quod unus et solus Deus est, qui cuncta ex nihilo creavit. Juxta secundum cherub affirmamus quod alius est qui genuit, et alius est qui genitus est, et alius est qui ab utroque procedit. Sed cherubim isti duo respiciant se mutuo, et dicamus quia unus idemque Deus est essentialiter unus et personaliter trinus. Dicimus secundum primum cherub quod Pater et Filius et Spiritus sanctus unum sunt in substantia, una in essentia, una in natura. Dicimus juxta cherub secundum quia alius est Pater in persona, et alius Filius in persona, et alius est Spiritus sanctus in persona. Respiciant se cherubim mutuo et fateantur absque dubio quia non sunt aliud et aliud Pater et Filius et Spiritus sanctus, quamvis veraciter sint alius atque alius. Alius itaque est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus juxta cherub secundum; nec tamen aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus juxta cherub primum. Cum secundum mutuum respectum veraciter affirmemus quod Pater et Filius et Spiritus sanctus non tres dii, sed unus est Deus. Juxta secundum cherub confitemur quia Filii substantia in nostrae substantiae unionem personaliter unita est. Juxta cherub primum indubitanter affirmamus quod Patris et Filii et Spiritus sancti substantia una et incommunicabilis est. Verum juxta mutuum respectum profitemur quia solus Filius veraciter incarnatus est. Cherub itaque cherub respiciat, cum unus dicit, alius non contradicit. Cherub cherub respiciat, cum contemplationis genus illa quae sub consideratione sunt sic asserunt, ut tamen quae alterius sunt omnino evacuare nolint. Cherub se mutuo respiciunt, cum novissima duo contemplationum genera invicem sibi occurrunt et mutua sibi veritatis concordia alludunt. Sed unus cherub alterum respicit, cum quod sibi consuevit utra speculatio a supremis incipit et in novissimum desinit, vel e contrario ab ultimis incipit et in supremum ascendit.

Error Arrii.

&

Error Sabellii.

De mutua collatione trium novissimarum speculationum

Ca^m xx.

Debent autem duo cherubim non solum se invicem respicere, verum etiam in ipso alterutro respectu vultum in propitiatorium vertere. Vultum suum cherubim designati in propitiatorium vertunt, cum novissima duo contemplationum genera in eo quod de sublimibus divinis concordiae sentiunt ab illis quae quarto contemplationis generi subjacent in assertionis suae testimonium veri similitudine trahunt. Quartum siquidem contemplationis genus intelligimus propitiatorium, sicut in duobus cherubim intelligimus quintum et sextum. Sedet autem supremus ... est quartum contemplationis genus versatur in illis maxime quae considerari solent circa spiritum rationalem scilicet creatum. Quintum vero et sextum versatur in illis praecipue quae considerari ... [illegible]

spiritum diuinum et increatum. Quia igitur racionalem creaturam ad creatoris yma-
gine factam agnoscimus recte ab illa natura similitudinis racionem familiarius
queramus modumque inuestigacionis nec formam ab illa increata natura in cuius
condicione diuine imaginis uestigia uehemencius impressa et euidencius
expressa non dubitamus. Minus itaque aliud est cherubyn uultus suos
in propiciatorium uertere quam in diuinarum rerum speculacione et inuestigacione
racionalem creaturam attendere et ex inspecta similitudine ad diuinitatis intel-
ligenciam alcius proficere. Si miraris quod ille omnium opifex deus tot et
tam uarias rerum species prout uoluit in ipso mundi exordio de nichilo
materiam produxit. Cogita quam sit humane anime facile omni hora
quaslibet rerum figuras per imaginacionem fingere et quasdam sui generis
creaturas quociens uoluit sine preiacenti materia et uelud de nichilo
formare et incipiet minus esse mirabile quod prius forte uidebatur incre-
dibile. In quo et illud inuenies ualde notabile quod cum unitate que summa
unitas est [illegible] rerum uel ymagines quaslibet hora formaueris siue conceperis
ymaginum. Si miraris quod unus idemque deus possit esse in omnibus locis
non per partes diuisus sed ubique totus. Attende quod una eademque anima sit per omnia
corporis membra diffusa nec tamen et ipsa per partes diuisa sed in singulis tota
et indiuidua. Sic ergo se habet deus in mundo quem regit eodem modo se
habet anima pro modulo suo in corpore suo hoc est in minori mundo quem
et ipsa regendum accepit. Si miraris quod deus omnia que in mundo
geruntur absque ulla contradiccione solo uoluntatis nutu ad omne suum
beneplacitum inclinat. Considera quia et anima quelibet corporis sui membra
pro solo uoluntatis arbitrio motum moderatur et ordinat. Unus itaque
utrobique quantum ad similitudinem agendi modus quamuis inequalitatis
comparacione dissimilis. Super omnibus primus cherub in propiciatorium intendit
dum corporali creatura ad creatoris contemplacionem [illegible]
In hac ipsa racionali creatura si diligenter attendimus aliquid ut credimus
summe trinitatis uestigium inuenimus. Est enim ibi aliquid gignens ipsa mens
hoc est eius sapiencia et est ibi aliud tamen de mente ipsa que diligit
sapiencia scilicet dilectio sua. Omnis mens sapienciam suam diligit et ideo sapiencie
sue amor pariterque procedit. Est ergo sapiencia a mente sola, amor uero
a mente pariter et sapiencia. Sic filius hoc est patris sapiencia est a patre solo,
spiritus sanctus autem hoc est utriusque amor a patre et filio. Sublimem modum
secundus cherub intrat quo in propiciatorium consideracionis sue uultum uti-
liter possit si mediumque rerum speculacione similitudinis attestacionem
querit. Notandum sane quod illa tria que in racionali anima considerantur
occurrunt personarum trinitatem non faciunt quemadmodum tria illa
in deo per [illegible] diuinum intrinsecus personas diuidunt. Uide ergo quod
summam trinitatem maior est dissimilitudo quam similitudo in racionali anima ad illam
in quo secundus cherub dissimilitudinis [illegible] quia similitudo nec unum
tangit. Uides autem similitudinis [illegible] in propiciatorio non minimum
minimum sit quo solus filius patris uidetur sapiencia incarnatus sit
quo in carne ad nos uenit et in patre non recessit. Si tibi
in ymaginaria trinitate sola mentis sapiencia noua humane in cor-
pore [illegible] cognoscitur expressa agnoscitur cognita re-
tinetur et in ab illa de qua nata est mente penitus non separatur

1706

Multa sunt eiusmodi in sensuali mente p(er) q(uo)d s(ecundu)s cherub debeat p(ro)piciatoriu(m) in-
tende(re) circa iam p(re)posito(rum) tenem(us) quo duo cherubin int(er) diuina donant
se mutuo respice(re) habeant tenemus inconcusse qua voce vel utilitate
vultus suos in p(ro)piciatoriu(m) verte(re) debeant q(uantu)s fructus sit nouissimaru(m) speculatio(n)u(m)

Illud quoq(ue) no(n) negligent(er) sed diligenti consideratio(n)e p(er)pendamus q(uo)d di-
uina voce p(ro)mittit(ur) cu(m) admonisse d(icitu)r Inde loq(ua)r ad te sup(er) p(ro)piciatorio
videl(icet) (et) de medio duor(um) cherubin. Cogita quam magnu(m) sit nec esse
omni hora cu(m) opus fuit diu(ino) co(n)sil(io) et in q(ua)cu(m)q(ue) nec(essi)tate cum
oportuit diuin(um) co(n)siliu(m) q(ue)re(re) et accipe(re) tunc audire poteris q(ui)d
sit nec(essariu)m vel utile. Hos tres nouissimos speculatio(nu)m modos familiares
sibi. Inde m(ih)i loquar ad te. De quo queso loco vel unde. Desup(er) p(ro)piciato-
rio et de medio duor(um) cherubin. Si vult ergo familiar(ite)r sibi diuin(um)
oraculu(m) adscendit homo ad cor altu(m) (et) mente transcendens dictu(m) illud
p(ro)piciatoriu(m) teneat duor(um) illor(um) cherubin mediu(m) ut p(er) triu(m) contemplatio-
genus adscendat. Ad quem et sextu(m). Certe quasi sup(er) p(ro)piciatoriu(m) eleuata mens
in medio duor(um) cherubin sistitur cu(m) contemplatiua anima nouissime
corporale(m) vniuersitatem sp(irit)ualem creatura(m) sublimi co(n)sideratio(n)e transcendens
in summe unitatis et trinitatis admiratio(n)e suspendit(ur). Quasi p(er)sup(er)
p(ro)piciatoriu(m) in hijs admirationis speculatio(n)i(bus) erigimur cu(m) p(er)sonalis
nature inspectione diuine imaginis co(n)sideratio(n)e ad diuinitatis agni-
tione(m) aliquando p(ro)mouem(ur). Quasi int(er) p(ro)piciatoriu(m) (et) duos cherubin
medij discurrimus cu(m) co(m)municat trium nouissimar(um) speculatio(n)u(m)
collatio(n)e ad singular(u)m p(er)fectionem plenius p(ro)ficimus. Debem(us) itaq(ue)
int(er) hec tria spectaculor(um) gen(er)a libent(er) discurre(re) (et) p(ro) summe trinitatis et
vnitatis gl(or)iam speculanda(m) p(ro)fundius penetrare. Si illud q(uo)d decorat
creature dignitate(m) s(ed) illud q(uo)d creatoris significatio(n)e vel claritate co-
nouim(us) libent(er) recitam(us) frequent(er) in co(n)sideratio(n)e et admiratio(n)e addu-
cim(us) meditabit(ur) (et) illa circa eadem spectaculor(um) gen(er)a [illegible] reue-
latione agnosce(re) que circa uisibilia potuimus intellige(re). Hoc est q(uo)d
tibi p(ro)mittit(ur) cu(m) d(icitu)r Inde loquar ad te. Pensa ergo quam sit utile
fidei n(ost)re sacramenta sepe retractare (et) in frequenti memoria h(abe)re cu(m)
quib(us) eiusmodi studio diuinar(um) reuelatio(n)um frequentiam potimu(r) op-
time. Si igitur illa que de p(er)sonar(um) trinitate (et) subst(anti)e unitate ideo
credimus p(er) mentis excessu(m) videat (et) pura p(er)spicacitate intellige-
ncia capere nequim(us) nichilominus tu ea que iuxta catholica traditione
accepimus fide tenemus p(ro)ut nobis possibile est in frequente co(n)sideratio(n)e
adducimus ut ex huiusmodi studio diuinar(um) reuelatio(n)um copiam
p(ro)mereri possimus. Puto siquidem q(uo)d diuinar(um) reuelatio(n)um consolatio
no(n) erit p(er)egrina eis qui diuinor(um) sacramentor(um) archana fidei
oculo tam frequent(er) quam libent(er) aspiciunt. Quanto magis illis
in p(ro)ximo familiaris erit qui ea intelligentie oculo assidue
contemplando (et) p(er) mentis excessu(m) sepe videndo desiderio suo satis-
facere no(n) possunt. Cuius igitur moysi officiu(m) gerit qui cura(m) pas-
toralem suscepit eundem(que) ex d(omi)nico p(re)cepto incumbit [illegible]
de domo frequentius exire (et) p(ro)cul solitudinis trahere interius [illegible]
missionis intrare. Et utique in p(ro)pa illa tria contemplatio(n)u(m) gen(er)a

libro notatum transferri ut possit semper dignius inveniri qui digne dicta-
tum est sua quam est ipsi ignorantia quos operis sunt eodem oraculo
instructi et super quoque merito certificati. Si igitur agnoscere cupis
eum in spiritu de omnia que sit voluntas dei beneplacens atque perfecta esto
fac primum et primo adnovissima ista tria spectantibus genera primum
exercitatio multo melius fortasse permissionis illius veritatem probare

¶ Vis scire quid sit voluntas dei

Incipit. Loquar autem Quomodo in omni contemplationis genere contingat contemplantis mentem excedere

¶ Capitulum xxxi

Quam sit autem familiaris et quasi proprium videatur duobus
novissimis contemplationum generibus per mentis excessum videre
legitur autem quatuor primis quam domesticum est et pene velud
singulare sine ulla animi alienatione in contemplationem assurgere pro-
ut ea atque solent modo utroque contingere. Nam radiis que primis
contemplationum generibus subiacent possimus quidem eodem revera
excedere cognoscere et per mentis excessum contemplationis acuto cernere et
prout vovimus et valemus sine excessu cum statu in consideratione adduci.
Et per contemplationem videre quia illa sunt que adnovissima duo pertinet
humane mentis experientia excedunt cum ea iuxta consuetum omnibus
animi statum in consideratione adducat seu quod ut aliquid in huiusmodi perspi-
ciatis et lumpidius cernere possit ipsa mens humana semet
ipsam excedit et in abalienationem transit. Apte quidem eius
prime oportuit Quod autem sicut ea sex contemplationum genera possit
per rationem cum mistico Moysi exemplo tenemus quod non sine ullo
mentis excessu possint in contemplationem adduci ex typico illo
Beseleel opere. Sicut enim Moyses archa et utrumque cherubim
et omnia iungitur unde potuisse montem ascendit nebulam
subintravit. Sic autem Beseleel mistici illius operis opifex
et inventor nec montem nec nebulam
Quid est autem montem subire nisi sic contemplationem suam excedere altu-
ascendere. Quid huiusmodi non montem nubes tunc tegit quam excessu veluti legi-
mus memoria monti recedit. Hoc monte Moyses sex diebus
montem et in septimo demum de medio nubis adduci collegimus.

¶ In monte subire in septimo

vocatur. Sex diebus ut notum est opera mundi paginam et in septimo
requievimus quam sex ergo dies transfigimus in hoc monte
quam multo labore mutuaque animi industria mensurari sub
limitatis statum ascendimus celitus premanet cum autem quam ad
invenitur quam tota mentis sublevacio menti in oblecta
mentum vertitur et sine ullo labore subitur. Quid (?)
dicam pergitur. Quid est subliminitatis statum tandem aliquem ad
summam animi tranquillitate componitur ut non solum omnem
curam et sollicitudinem deponat immo nuncquam pene humane
possibilitatis metas excedit. Ad colloquium domini Deo vocante
admittitur quam eo omnia in speculatione et revelatione in illam
divinorum iudiciorum abissum intromittitur. Nunc cum nec-
nube Moyses ingreditur quam humana mens libera divini

by

infinita immensitate absorta summa sui oblivione sopitur ita ut
imitari valeas et iuste mirari debeas quo illi concordet nubes cum
igne. nubes ignorantie cum igne illuminationis intelligentie, ignorantia
et oblivio notorum exteriorum cum revelatione et intelligentia prius ignotorum
et eousque interiorum. Nam uno eodemque tempore humana intellige-
ntia et ad divina illuminatur et ad humana illuminata obnubilatur.
Sic sublevati animi pre obnubilatione et illuminatione propheta pro-
vidus illud comprehendit cum dicat In pace in idipsum dormiam et re-
quiescam. Pariter anima pariter et mens cum supra semetipsam ducta
humane passibilitatis molestias dum non sentit in hac parte obdor-
mit cum ad summam tranquillitatem consopita quod prius sobria cogitatione
consueverat ei in oblivionem venit. Qui enim dormit que circa ipsum
sunt immo et semetipsum dum non novit. Recte ergo per soporem
mentis alienatio exprimitur per quam ab affectibus absentatur et
quasi per somnium acceptum arcibus humanis divinarum rerum con-
templatione peregrinatur et tunc quidem in idipsum obdormit cum in eo
per contemplationem et admirationem requiescat cum unum idemque est omne quod
est qui solus vere dicere potest Ego sum qui sum. Quod igitur Moy-
ses designat per septimum diem hoc David apertius nominat pacem.
Et quod apud illum est ingredi medium nebule hoc apud istum
est obdormire. Et quod unus requiescit in idipsum hoc est quod alius vo-
catus accedit et moratur apud Deum. Quasi ad Moysi itaque similitudinem
montis verticem ascendens medium nebule ingreditur et archam ia-
m designatamque cherubim Deo revelante videt et contemplatur
qui per mentis sublevationem et alienationem quasi in sublimia raptus ad
illa que descripsimus contemplationum genera admirationis in spiritu promovetur.
Moysi utique dictum est Vide ut omnia facias sicut tibi in monte monstrata
sunt. Et ei adhuc monstrata sunt omnia. Ergo non solum cherubim sed etiam
archa. Hoc est quod supra iam dixi quia ad hoc contemplationum genus
pertinentia possunt Deo revelante per mentis excessum videri. Licet vobis
sciret ope nichilominus ut premisi quia quedam horum absque ullo mentis ex-
cessu possint et solent in contemplatione adduci. Quid enim queso
est archam fabricare, vectes inserere, coronam augere, propitiatorium tegere,
cherubim adiungere, nisi gradatim quidem in ista contemplationum
genera crescere compar et multo studio atque labore alia post alia
addiscere et in usum adducere et tandem aliquod opus consummare et
absolutum in omnibus perfectum etc. Et ut de archa taceam quid vel
de ipsis cherubim dicam numquid ut eos formaret vel formatos in-
de legitur vel montem ascendisse vel nubem intrasse. Sed et
manifeste datur intelligi quia et illa novissima duo contemplationum
genera quibus quasi primum ac videtur per mentis excessum exerceri
solent cum quedam in ea humane comprehensibilitatis metas conspi-
ceri omnia contemplationum genera possunt uno utroque fieri et modo per
mentis excessum modo sine aliquo mentis excessu solent exerceri.

Quod excedendi donum alii fortuitum habent alii iam quasi [illegible]
possident. etc.

In pace in idipsum

Pariter dormit mens et anima

In idipsum dormit

Per soporem

Quod obdormit anima in idipsum

Deum

etc

Horum autem qui in suis contemplationibus supra semetipsos ducuntur et usque ad mentis excessum rapiuntur, alii hoc expectant et accipiunt usque adhuc sola vocante gratia, alii vero ut hoc possint sibi comparant cum gratie tamen cooperatione, cum magna animi industria. Et illi quidem hoc donum quasi fortuitum habent, isti non tamen velud ex virtute possident. Quasi fortuitum cuique est quod quis vult vel putat, velit nullo modo potest. Velud fortuitum igitur habent qui in hoc nichil ex propria industria valent, sed solum vocantis gratie favorem expectant. Isti autem non velud ex virtute cum summi gratie efficaciam habere dicendi sunt qui cum magna iam parte id possunt cum volunt. Horum vero signum habemus in Moyse, alterum autem in Aaron sacerdote. Quid enim? Cum Moyses in montem [illegible] archam videre meruit sola vocantis Dei gratia, sine illa ut eam pro arbitrio videret in sua omnino potestate non habuit. Aaron autem cum magna parte in potestate habebat quotiens idipsum ordo vel ratio postulabat in sancta sanctorum intrare et intra ipsum velum archam Dei videre. Satis utique constat quod sancta sanctorum in tabernaculo federis tenebat intimum et secretissimum locum. Sicut ergo per verticem montis intelligimus mentis summum, sic per sancta sanctorum intelligimus humane mentis intimum. Sed in humano pectore animo idem est summum quod intimum et intimum quod summum. Per utrumque intelligimus verticem montis et arcanum tabernaculi federis. Idem est igitur montis verticem vel intimum tabernaculum subire quod summum et intimum mentis summum ascendere, apprehendere et tenere. Primum namque tabernaculum illum [illegible] volumus intelligi corporalem animum statum; per primum nos intelligimus illum [illegible] prius ad modum noverunt, qui fit per mentis excessum, ad illum maxime pertinet sensus corporalis, ad ipsum non sensus intellectualis in illo sive speculum [illegible] invisibilia nostra in isto contemplamur invisibilia divina [illegible] utrumque densum oblivionis velum [illegible] ante paucos [illegible] dividit metipsos in divinorum contemplationem rapimur [illegible] supra sive infra nos solum corpus que extra sunt nos velum et quod in nobis [illegible] primo nos cum reversi ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus illa [illegible] primus supra nosmetipsos vidimus in ea claritate vel virtute qua prius [illegible] aliquid in memoria teneamus et quasi per medium velum et velud in medio nebule videamus nec modum quidem videndi nec qualitatem visionis comprehendere vel recordari sufficimus. Et mirum in modum reminiscentes non reminiscimur dum videntes non pervidemus et aspicientes non perspicimus et intendentes non penetramus. Videtis certe quia humana mens sive in illud intimum archanorum secretarium intrat sive de illo reditum [illegible] utrumque est velum intrare et se intra velum ingerere. Sed quamvis [illegible] respiciat et illud quod Moyses gerebat et illud quod Aaron actitabat differt tamen in hoc maxime quod uterque agebat quia ille ad alienum solummodo beneplaciti in hoc horum respiciebat, iste quasi professio suscepit et [illegible] propria voluntate gerebat. Sed ut Aaron [illegible] et [illegible] velum intrare cum vellet et oporteret, pontificalem sibi ornatum et habitum tanti officii idoneum competenter atque possidebat. Quid autem

Fortuitum cuique est.

Vertex montis

Sancta sanctorum

Tabernaculum

[illegible]

et [illegible]

[illegible]

Pontificalis habitus

est typum in id officii idoneum. Sic in sola intuitu mira compage perspicere possit ejusmodi gratiae officium usu sic oportet ante nos in solo pontificali ornatu vel certe cum aromatica simul obumbratione. Nisi divino praecepto incedat qui vult ad interiora velaminis penetrare ut intus ex visionis suae hora tanta caelestium desideriorum exultatione esse valeat quatenus ei in conspectu veniat et ore quae principaliter requirit quibus de...libus sponsis ornatu placere potest aut forte aut certe est Moysen et Aaron montis relinquere et Aaron ante ingressum tabernaculi totum typum deponere. Item ante Moysen cum senioribus ipsi in monte ascendere et Aaron cum pontificali ornatu in introitu tabernaculi intrare. Licet forte aliud et aliud est illum senioribus in ascensu montis relictis cum solo Iosue ulteriora montis apprehendere et ipsum cum aromatibus incensu in sancta sanctorum procedere. Et idem in caliginem sit illum se in nebulam ipsum se intra velum ingerere ut hoc solum inter utrumque actum quantum ad misticam traditionem differat quod unus ex sola divina vocatione alter ex propria deliberatione ad secretum illud divinae revelationis aliquando subintrat.

Quot tribus modis ingratiam contemplationis perficimus.

Quibus modis soleat omnis contemplatio contingere: mentis videlicet dilatatione, mentis sublevatione, mentis alienatione.

De mentis dilatatione quibus modis assurgere soleat et crescere.

De mentis sublevatione quibus soleat gradibus assurgere.

Quod triplici de causa fieri soleat humanae mentis excessus devotionis.

Quod primus excedendi modus surgit ex magnitudine.

Quod primus excedendi modus qui fiat ex sola fervoris desiderii experientia.

Quod primus excedendi modus qui fiat cum ex ejusmodi devotione quam ex admiratione sibi divina revelatione.

Quod secundus excedendi modus qui ex sola admiratione incipit et in ferventissimum devotionis desiderium desinit.

Quod tertius excedendi modus qui ex sola admiratione incipiat et in eodem terminet. ... praeveniat

Quod in secundo excedendi modo quod divina revelatio ... meditationem.

Quod in tertio excedendi modo divina revelatio quod etiam ... veniunt meditationem praeveniunt.

Quod tertius excedendi modus fieri soleat ex magnitudine jucunditatis.

Quod quibus mentis excessus humanae industriae vel menti modum excedat.

Quod in tertio maxime excedendi modo totum ex divino pendet beneficio ... possit.

Si adhuc tertium ejusmodi gratiae gradum perficit inde maxime admirari.

Quod maxime soleat valere admonitionem ejusmodi gratiae.

Quibus gradibus crescat humanae mentis excessus.

M odis autem tribus in gratiam contemplationis perficimus.
aliquando ex sola gratia, aliquando ex adjuncta industria, aliquando ex aliena doctrina. Horum trium in tribus Moyse videlicet Beseleel et Aaron typum vel exemplum habemus si eorum gesta consulimus. Moyses arcam in monte et in nube sine ullo industriae labore ex sola Domini revelatione videt. Beseleel quidem patriis proprio labore formatam. Aaron vero arcam aliena jam opere formatam videre consuevit. In Moyse ... arcam Dei sine aliqua humana industria videmus cum ex sola divina revelatione radium contemplationis accipimus. In Beseleel quam ... indipiscimur ex proprio opere perficimus cum in eandem gratiam nostro studio et labore arcam comparamus. Tunc autem ut arcam Domini vide... possimus quasi ex aliena opere accipimus quam ex aliena traditione ejusmodi gratiae usum assumimus. In quo de in ... opere ... nam sic accipi volumus quam ... dicimus.

[Marginal notes:] ... in ... quandam ...; ... ; tribus modis perficimus gratiam contemplationis: ex sola gratia, ex adjuncta industria, ex aliena doctrina.

sine gratie cooperatione aliquid omnino possimus cum quicquid nostra industria non
sit nisi ex gratia. Sed aliud est contemplationis gratiam divinitus percipere atque ad
eiusmodi donum aliquid quidem cooperatione proprio conatu comparare. Tribus itaque
modis hanc gratiam optinemus. Et modo quidem ex divina inspiratione
modo ex propria conatione modo aut ex aliena traditione. Illud vero notandum
quod quidam adhuc gratiam propria industria et sine alienius doctrine ma-
gisterio promoventur qui tamen in suis contemplationibus usque ad mentis excessum
nullo modo rapiuntur. Quidam autem eandem gratiam ex aliena tra-
ditione magis quam proprio mentis acumine proficiunt qui tamen
in suis contemplationibus sepe usque ad mentis excessum assurgunt. Hinc
est quod Beseleel archam quidem fabricasse non tamen ad illam in-
trasse legitur. Aaron vero ad archam aliena manu operatione fabricatam
et intra velum collocatam semel intrasse non dubitatur. Ecce
nos in hoc opere quasi Beseleel officium suscepimus qui te ad contemplationis
studium instruimus vadis et qui in arche operatione desudare incipis
longe tamen in hac gratia proficies si ex his que audis adiutus
nunc proficias usque ad mentis excessum pervenire(?) valeamus et adiutus
parvulo laboramus et iuxta communem usum comprehendimus. Sed illud quod quasi in pre-
assignamus de profundis per mentis excessum comprehendimus et
intra velum intro(?) Nonnulli quoque quod quidem ea que per mentis excessum perspicere et quasi
contemplantur ad semetipsos reversi iuxta commune animi statum
nullo modo capere vel recolligere possunt. Hinc est quod Nabugodonosor
somnium vidit sed excussus a somno visum somnii memoriam revocare non potuit. Alii quod per excessum viderunt
modum facile retinent. Alii ut hoc possunt multo labore se-
quuntur. Hinc est quod rex pharao somnium vidit. Rex post-
ea autem Nabugodonosor amissum somnium visum reti-
nuit. Et Moysi quidem archa dei per vidua(?) revelatione est
in monte ostensa. Postmodum aut in valle familiariter nota
et frequenter visitata. Alii et quod rarum et velud fortuitum habent
in suis videlicet contemplationibus mente excedere incipiunt aliquando
familiare. Hinc est quod Moyses archam dei intra velum
familiariter tandem intravit quam absolute dei vocatione et
revelatione primo per nubem inde accepit. Multa sunt in istis alia
sacramenta que modo nec possunt nec debent tractari principaliter.

Quibus modis soleat omnis contemplacio contingere: mentis videlicet dilatatione, mentis sublevatione, mentis alienatione.

Tribus autem modis ut michi videtur contemplationis qualitas
variatur. Modo enim agitur mentis dilatatione, modo
mentis sublevatione, aliquando mentis alienatione. Mentis di-
latatio est quando animi acies latius expanditur et vehementius
acuitur, modum tamen humane industrie nullatenus supergreditur.
Mentis sublevatio est quando intelligentie vivacitas divinitus irra-
diata humane industrie metas transcendit, nec tamen in mentis
alienationem transit ita ut supra se sit quod videat et tamen a consuetis
penitus non recedat. Mentis alienatio est quando presentium memoria

Marginal notes: Industria nostra; Nabugodonosor; Rex pharao; Capitulum 2; Dilatatio mentis; Mentis sublevatio; Mentis alienatio

Contemplationis tres modi:
- Mentis dilatatio: ex propria industria — acie; expansione; attentione
- Mentis sublevatio: ex propria sublevatione — supra; supra industriam; in ...
- Mentis alienatio: quando supra humanum transit per excessum — admirationis; exultationis; devotionis

menti excidit et in peregrinum quendam et humane industrie invium animi sta-
tum divine operationis transfiguratione transit. Hos tres contemplationis modos
experiuntur qui usque ad summam eiusmodi gratie arcem sublevari merentur.
Primus surgit ex industria humana, tertius ex sola gratia divina, medius autem
ex utriusque permixtione humane videlicet industrie et gratie divine. In primo gradu
quasi archam nostro labore fabricamus cum contemplandi artem nostro studio et
industria comparamus. In secundo gradu archa supportatur humeris sublevatur
et quasi precedentis nubis vestigia sequitur cum industria satagente et revelatio-
nis gratia cooperante et quasi permixte contemplationis radius dilatatur. In tertio gra-
du archa in sancta sanctorum infertur et quasi intra velum collocatur cum contemplatis
acumine ad intimum mentis sinum colligitur et abstracta memoria oblivi-
onis et alienationis velo secluditur. Primus itaque gradus pertinet ad arche fa-
bricationem, secundus ad arche erectionem, tertius ad eiusdem introductionem velut abduc-
tionem. De primo illud recte intelligitur quod ad Abraham adhuc dicitur: Leva oculos tuos
et vide a loco in quo nunc es ad aquilonem et ad meridiem, ad orientem et occidentem,
omnem terram quam conspicis tibi dabo. De secundo illud recte intelligitur quod in Deutero-
nomio scribitur: Ascendit Moyses de campestribus Moab super montem Nebo in vertice
Phasga contra Iericho, ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan. Ad tertium
autem respicit quod Dominus transfigurationis sue testes in montem excelsum nube
lucida ductos obnubilavit. Et sicut supra iam dictum est quod Moyses precedentem
nebule adhuc accessit. Et in primo quidem Abraham nec iubetur montem
ascendere nec ei legitur ibi Dominus aliquid ostendisse, sed loco in quo erat iubetur
oculos suos levare, terram quam accepturus erat conspicere. Nulla mentio as-
censionis vel ostensionis ibi legitur, in quibus vel sublevate mentis exaltatio
vel divine revelationis demonstratio designetur. A loco in quo sumus vel esse con-
suevimus oculos nostros levamus, cum in contemplatione nostre speculationis commune
et consuetum animi statum non deserimus. Humane possibilitatis nostre magni-
tudine considerans, locus est in quo iam per intelligentiam summe capacitatis accipiende ampli-
tudinem aliquam pertingere possumus. Contemplationis nostre aciem longe ante
providemus ... in ipsis ... nimium quam humanam industriam exce-
dere videatur, sed et recte ad primum illum contemplandi gradum accommodatur.
Sed quod Moyses iubetur montem ascendere, quod Dominus dicitur illi terram promissionis
ostendisse, attende quam expresse videatur secundum contemplandi gradum
designare. Quid est illa Moysi montana ascensio nisi humane mentis
supra humane possibilitatis planum quedam in superna elevatio? Quid
est divina illa ostensio nisi intime inspirationis infusa illuminatio? Quid autem
promissionis terram demonstrat, proprie future retributionis plenitudinem
... illustrationis revelatione cognosce. Eiusmodi contemplationis
... humane industrie quod Moyses in montana ascendit, quod Dominus ei terram promissionis ostendit, hoc
... divine gratie ... et hoc scripture testimonium
... gradum respicere se innuit. Quod autem Moyses in
montem ascendens ... precedentem nebule legitur accessisse, quo ad
tertium contemplandi modum vel gradum respiciat, possumus dictis su-
perioribus colligere. Quid enim est ad divine revelationis accessum nebula
... nisi mente excedere et per oblivionis nebulam quasi memoria mentem colligere
... obnubilatum? Ad idem respicit quod discipulos opprimit
et obnubilatos illuminat, quia itaque et eadem nubes et illuminat et obnubilat.
Hiis itaque tribus modis omnis contemplationis species contingere, mentis
dilatatione, mentis sublevatione, mentis alienatione. Leva, inquit, oculos

montana ascensio

et divina ostensio

tinas et inde. Capitulum de illo contemplationis genere quod fit mentis dilatatione. Qui
sunt isti qui ut nubes volant. Capitulum de mentis sublevatione. Ego dixi in ex-
cessu meo omnis homo mendax. Capitulum de mentis alienatione. De mentis dilatatione quibus modis soleat accrescere

Ille autem contemplationis modus qui fit mentis dilatatione
tribus solet gradibus excrescere: arte, exercitatione, attentione. Ars est cum nobis ad
aliquid noviter comparandum quo aliquid agendi sit nacta habitudine
sive sagaci investigatione addiscimus. Exercitatio est cum id quidem quod arte perce-
pimus in usum adducimus et in eiusmodi officii exercitatione nosipsos promp-
tos et expeditos efficimus. Attentio est cum studio quod exercemus summa di-
ligentia insistimus. Primum itaque est cuiuslibet disciplinae artem comparare,
secundum in usum adducere, tertium in id ad quod eruditi et exercitati sumus cum summa
maturitate insistere. His itaque tribus ut dictum est gradibus sinus mentis dilata-
tur et ad omnem eruditionem vel disciplinam capacior efficitur. Certe quanto
amplius quanto sinus aliqua eruditio tanto ad ampliora et profundiora ad
capienda copiosius dilatatur. Sed et illud quidem nichilominus constare
videtur quod quaelibet disciplina eruditione percepta usu et exercitatione
roborata dilatatur atque perficitur. Item quid est quod uno eodemque stu-
dio in quo eruditi et exercitati sumus modo tenuius modo magis proficimus
nisi quod pro modo attentionis crescit dilatatio et perfectio mentis.
Primus ergo gradus est artis ipsius perceptio. Secundus eiusdem frequens
exercitatio. Tertius ipsius exercitii diligens et studiosa intentio. Hos in
itaque dilatationis suae gradus mens humana admonetur cum ei per prophetam
dicitur: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam
directam in qua ambulasti. Item audis cum legis: Super custodiam meam
stabo et figam gradum super munitionem et contemplabor. Quid dicitur
mittere et considerare vehementer. Tertio est illud: Transite ad insulas Cethim et videte et mittite
nisi contemplandi scientiam comparare. Quid est autem speculam statuere
in longinqua intueri et usque ad summum in omnem partem dilatare. Hoc enim speculam erigimus ut
Recte itaque illa mentis dilatatio in hiis verbis designatur. Possimus
locis specula erigitur et eiusmodi studii scientia comparatur. Quid contemp-
lacionis super custodiam stare et gradum figere nisi speculandi scientiam usu firmare.
Nemo enim nunquam vocat hoc aliud dicat custodiam
seu privatam custodiam speculas solemus erigere. In publicam enim
possimus munitionem pericula longe ante previderi. Sic et nos ut
templationis gratiam quam spiritualem speculam erigimus ut temptationis
insidias prevenire possimus. Aliud est autem speculam statuere vel
ascendere atque aliud est in ipsa stare seu etiam gradum figere. Illud est
disciplinae comparare, istud disciplinae exercere. Quod autem vehementer
iubemur quis quaeso non videat. Quod adtenuiter illam dilatationis
me non pertineat. Succedat mittere et considerare vehementer. Et
recte quod hoc dicitur atque percipitur quia vehementia considerationis et
attentionis crescit et dilatatur capacitas mentis. In hiis itaque perficiendi
diligenter insistis ad magnam perfectionem. Perfectam magis
et dilatabilis atque in hiis mentis dilatatio fit non minor delectatio.
De mentis sublevatione quibus gradibus soleat assurgere

b intelligentia humana illustrata divinitus sublevatur — supra scientiam / supra industriam / supra naturam

Capitulum iiii

Supra scientiam quando mens sublevatur

Nichilominus autem ille contemplandi modus qui mentis sublevatione agitur tribus gradibus accrescit. Intelligentia namque humana divinitus inspirata et illo celesti lumine irradiata aliquando sublevatur supra scientiam, aliquando supra industriam, aliquando etiam supra naturam. Supra scientiam mentis sublevatio ascendit quando quilibet vir tale aliquid ex divina revelatione cognoscit quod modum proprie scientie vel intelligentie excedit. Supra industriam mentis sublevatio erigitur quando ad illud humana intelligentia divinitus illuminatur ad quod nulla sua scientia sufficit nec ulla quamvis [illegible] nec ulla sua scientia sufficit, nec ulla quamvis industria comparare valet. Supra naturam mentis sinus dilatatur quando humana intelligentia divina inspiratione afflata non omnino humane qualitatis totius humane nature modum industrie que metas transgreditur. Supra scientiam speculationis animus elevatur cum completur quod dicitur: Accedet homo ad cor altum et exaltabitur Deus. Tunc quidem Deus in conspectu sublevate mentis exaltatur quando Deo revelante et aliquid de divine maiestatis celsitudine ostenditur quod externis humane scientie modum excedere iudicatur. Tanta namque illa celsitudo que in seipso quo crescere nequaquam valeat non sic sentitur in nostra cognitione crescere et contemplationis nostre aspectibus sublimior apparere valet. Supra mentis autem industriam mens sublevata attollitur quando impletur quod dicitur: Expandit alas suas et assumpsit eos atque portavit in humeris suis. Certe non est industrie humane [illegible] tegere quo nec non possumus supportari cum alis ferri possimus. Supra industriam itaque non autem supra naturam videtur et pariter hic. Supra industrie itaque sue metas contemplativus animus ascendit quando divina dignatio contemplantium suorum manifestatione et quasi alarum suarum expansione vel sublevatione ipsius speculationis mentis fastigium eum attollit quo nulla unquam sua industria nec pervenit. Illa mentis sublevatio humane prorsus nature ut videtur modum transcendit ad quam prophete suspirant cum dixit: Quis mihi dabit pennas sicut columbe et volabo et requiescam. Ad hanc respirat quod dominus per prophetam promittit: Qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquile. Supra humanam naturam est [illegible] altitudinis pennas has et [illegible] nolite. Quis est autem pennas quas contra naturam accipere nisi virum quendam contemplationis efficaciam ex virtute possidet quo possit cum voluerit [illegible] sic ardua et omni humane industrie [illegible] hec penna penetrare. Pennata itaque aquila vocatur et ex [illegible] quando gratie munere industrie divinitus accepto humane conditionis metas contemplationis volatu transcendimus. Hunc autem genus prophete si [illegible] fuit sine [illegible] enim supra humanam naturam est inde despectus quod [illegible] est inde despectus quod non est inde alienum cordis secretis quod nulli sensui subiectum est, inde dedimus quod supra sensum est. Restat adhuc illud querere quibus modis talis solet humane mentis excessus accidere vel quibus et solet gradibus consurgere.

Capitulum 5

In mentis alienationem abducimur — per magnitudinem devotionis / per magnitudinem admirationis / per magnitudinem exultationis

[illegible] tripliciter ex causa fieri soleat humane mentis excessus

Tribus autem modis ut michi videtur in mentis alienationem adducimur: nam modo pre magnitudine devotionis, modo pre magnitudine admirationis, modo vero pre magnitudine exultationis fit ut semetipsam mens omnino non capiat et supra semetipsam elevata in alienationem transeat.

modi tres magni excessus qui habent
2 ipsi fiunt in hac magnitudine excessus quia
tangunt excessus mentis ut dicitur

Magnitudine devotionis mens humana supra semetipsam mens elevatur quando tanto celestis desiderii igne succenditur ut amoris intimi flamma ultra humanum modum excrescat quod animam humanam ad cere similitudinem liquefactam a pristino statu penitus resolvat et ad instar fumi attenuatam in superna elevet et ad summa emittat. Magnitudine admirationis anima humana supra semetipsam ducitur quando divino lumine irradiata et in summe pulchritudinis admiratione suspensa tam vehementi stupore concutitur ut a suo statu funditus excutiatur et in modum fulguris coruscantis quanto profundius per despectum sui in vise pulchritudinis respectu in ima deicitur tanto sublimius tanto celerius per summorum desiderium reverberata et supra semetipsam rapta in sublimia elevatur. Magnitudine iocunditatis et exultationis mens hominis a semetipsa alienatur quando intima illa interne suavitatis habundantia potata immo plene inebriata quid sit quid fuerit penitus obliviscitur et in abalienationis excessum transducitur et in supermundanum quendam affectum sub quodam mire felicitatis statu rapta transformatur. Quamdiu igitur huiusmodi excessus in nobis incognitus manent sentimus quid aliud quam quod superius locuti sumus de nobis sentire debemus nisi quia minus diligimus nisi quod minus diligimus. Si enim quisquis es plene perfecteque diligeres forte dilectionis tue immensitas estuantis desiderii anxietas in eminentiori te raperet excessus quales tibi superius compte descripsimus. Tu sane si divina dilectione plene dignus extitisses si tanta dignatione te idoneum exhiberes forte tanta luminis claritate sui intelligentie tue oculos irradiaret tanta intime dulcedinis sue suavitate cordis tui desiderium inebriaret que teipsum supra temetipsum raperet et per mentis excessum in superna elevaret. Hos autem tres anagogicos excessionis modos eo quo hic illos ordine posuimus invenire possumus descriptos in cantica canticorum ut arbitramur insinuamus. De primo quidem recte illud intelligitur quod dicitur Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi pulveris pigmentarii. De secundo autem recte illud intelligimus quod longe post in eadem cantica legimus Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Ad tertium autem recte illud accomodatur quod in novissimis legitur Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum. Et primus quidem excessus modus fit per magnitudinem devotionis

Mult autem melius nosse quam convenienter primum illud ad primum excedendi modum possimus accomodare. Primum itaque mentis excessum ut superius audisti ex desiderii anxietate et magnitudine devotionis fumus aut semper surgit ab igne. Quis autem negget amorem spiritalem ignem esse vere itaque flammet in superna elevatio que ex fervore dilectionis oritur fumo inrallor compat. Quod autem intelligimus per emissionem fumi quasi quo fumus anima insuper na ascendit quando dilectione fervet et in hoc ipsum urgetur sursum ea desiderium superna ascendit quando dilectione fervet et in hoc ipsum urgente ut ergo vir semetipsam rapit. Est autem virgula ut omnes novimus et gracilis et recta ut ergo virgule similitudinem inde trahat ascensio tua sit anxietas sit continuum desiderium tuum et singulis contentione recta. Per autem primitiam earum contitionem profundius rectitudinis omnium intelligimus cordis devotionem. Per universum autem pigmentarii pulverem virtutum omnium consummationem attende quod hec omnia in eandem summam concurrunt que omnia per se facile intelligi possunt. Nam hec satis constat anima quisquis caritate plenius est certa virtutum insignia non habere non potest. Si enim apostolo credit consummatio virtutum est caritas. Illud sane videndum quod anima sancta recte vocatur

quasi summus et per excessum ascendit qui cuius quae in semetipsa invenit seu bonis seu mal-
affectum sunt intellecti spreto desiderium attendit. Maior autem est quantum ad animi intellectum
vi mentis elevatio illa quae fuerit ex gratia fuerit ex contemplatione et intuitione ex sola qua
illa quae fuerit ex sola revelatione vel aliqua inspiratione divina. Ut ergo talis digna
inveniat oportet etiam ab huiusmodi ascensione incipere. Et primo quidem per excessum ascende-
re incipit ut tandem ipsa veluti regula fiat cuius per excessum incipiat. Oportet
ut supra ipsum excessum assurgat. Alioquin mens ipsa in mentis excessum non rapitur
nisi super semetipsam elevetur, nisi semetipsam in imo deserat et seipsam deserendo
excessum faciat, quo excessu in morem fumi magis magisque in sublimia transferatur.

Solet tamen huiusmodi mentis excessus modo fieri ex sola desiderii fervente aestuatione, modo ex huiusmodi aestuatione cum adiuncta sibi divina revelatione. Quam enim spiritalis ille et incorporeus divinae dilectionis ignis eandem vim in spiritalibus non obtineat quam ignis iste corporeus in rebus corporalibus tenere consuevit. Scimus nonnumquam quod ignis iste corporeus in vasis cuiusvis modico liquore perfusis operari solet. Et primo quidem ipsum liquorem ab imo excitat, postea non nunc intrat, nunc in illam partem, nunc sursum, nunc deorsum iactare, et paulatim quidem ad superiora attollere totumque vas ebullitionis motu usque ad summum replere, tandem autem supra ipsum attollere et violentia quadam interiora evacuare. Sic sane animus humanus divino igne succensus ut saepe in seipso contra semetipsum fervens et fervens aestuans et spumans, sibi ipsi irascens, seipsum despiciens, de ipso vehementer indignans, seipsum vehementer conculcans, summis inhians et super mundana gestiens, et dum huiusmodi aestu divinus videtur, inferius quod iactatur, dum pristinos contemptus ab infimis repellit et per superiorum desiderium ad superiora tendit, fit saepe ut impetu spiritus impellente desiderio extra semetipsum et supra semetipsum erectus, sui quidem penitus oblitus et in extasim sublevatus totus in superiora rapiatur. Huiusmodi modum caelestis desiderii crebro vehementer exaestuat, tam humanum divino amore fundatum super semetipsam levatur. Et sicut superiori exemplo probare possumus quibus pigmentarii pulvis aromaticus igni iniectus in quantum [illegible] flamma non consumitur, per tenuem quidem in potentiam fumigabundam exhalationem provolat, ardor in superna emittit. Videns obsecro quo natura [illegible] vel scriptura consulta bonum [illegible] ex sensu patris locutum concordia ex solo itaque fervente desiderii aestu fieri valeat et solet divinitus inflammatae mentis excessus quemadmodum superius [illegible] sumus.

Fit et aliquando huiusmodi mentis alienatio cordibus sibi in vicem humanae aestuante animo desiderio aliunde invocans aliquo divinae revelationis spectaculo ex composito primo abstrahi [illegible] excessum colligere possumus de quo superius aliqua locuti sumus. Unde enim de quo ait scriptura: Apparuit autem ei dominus sedenti in convalle Mambre sedenti in hostio tabernaculi sui in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset occurrit in occursum eorum de hostio tabernaculi sui. Sic per tabernaculum [illegible]

(Margin, red:) Quomodo primus excedendi modus [illegible] fiat ex sola fervente desiderii aestuatione.

(Margin, red:) Quomodo per [illegible] excedendi modus quandoque fit ex aestuatione [illegible] cum ea sibi adiuncta divina revelatione.

(Left margin notes:) [illegible] · Ignis spiritualis · Ignis corporis [illegible] · [illegible] comparatur · Fit [illegible] · [illegible] tabernaculi [illegible]

mentis spiritalem intelligimus. quid est enim mentis excessus nisi mentis humane excessus? Duobus itaque modis extra nosmetipsos, sed infra nosmetipsos ducimur. Ita modo extra nosmetipsos sed infra nosmetipsos descendimus, modo extra nosmetipsos sed et super nos metipsos levamur [illegible] a mundana captivitate. Sed sicut est gemina digressio sic utique est gemina reversio. Ab utroque egressu quasi ad visitationem mentis spiritualem redimus quando post negotia mundana vel post celestium contemplationum spectacula ad custodiam morum mores mentis intra oculos reducimus et intima intra nostra discutientes quales ipsi simus studiosa retractatione perscrutamur. De prima reversione illud recte intelligitur quod de prodigo filio in evangelio legitur. quia in se reversus dixit Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus etc.

De secunda vero reversione melius recte intelligimus quod de apostolo Petro alio loco legimus. Petrus ad se reversus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum etc. Ecce uterque ad se reversus legitur. sed unde hoc nisi quia a se ipsis prius expulsi videbantur. Nam unus longe a se in longinqua regione ducitur. Alter angelico ducatu super communem humane possibilitatis statum mentis alienatione levatur. In primo itaque excessu descenditur ad ima, in secundo levatur ad summa. In primo a deo elongamur, in secundo deo appropinquamus. Quid ergo est ille excessus per quem domino occurritur nisi humane mentis excessus per quam super semetipsam rapta in divine contemplationis archanum sublevatur. Sic ergo excessionis omnis tam quemcumque citius invenimus. Nam visio que Abrahe apparuit procul dubio eum ad exteriora foris apparitionis aut ea divine [illegible] latere innuitur in eo quod ei dominus apparuisse dicitur in ipso fervore diei sedenti quidem in hostio tabernaculi sui. Videte etc. quia fervor diei fervebat quando ei dominus apparebat. Quid, rogo, est iste fervor diei nisi estuatio ardentis amoris. Amor itaque ille qui tenebras diligit, amor in quo qui lucem odit dici fervor diei non debet. Scimus autem quia qui male agit odit lucem. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo facta sunt. Quid itaque aliud est fervor diei nisi fervidus amor vel desiderium vel et fervor boni sub quali fervore patriarcha tunc temporis estuabat. Quem aliquando demum cum ad domesticos suos repellebat et eum in hostio et in otio sedere tunc [illegible] et vacare cogebat ambicte et oblatam absque dubio divine aspirationis auram percipere. desiderium quod sibi est eius afflatu recreare procul ut arbitror quo ille sub quo tunc estuabat fervor illuc eum trahebat. Unde illas tres personas prospicere potuisset quas mox adorandas non dubitaret forte si tunc domesticis suis intendit tabernaculi sui intima teneret non adorandas illas personas minime videre [illegible] et si non vidisset tunc temporis fortassis non cepisset. Duo igitur in uno occurrunt quo excessionis illius occasione prestare videlicet immensitas fervoris et novitas visionis [illegible] similitudinem sepe in mente humana agitur ut dum [illegible] nimio celestis desiderii incendio [illegible]

Duobus modis extra nos ducimur

Tribus modis

De prodigo filio reversio

Reversio Petri

Fervor diei

Plus

et ex divina revelatione videre meruit, vix ad illos thesauros excessus admittitur.

Ca.m x — Haec interim de illo mentis excessu dicta sint, qui surgit ex magnitudine devotionis. Nunc de illo dicendum videtur, qui surgere solet ex magnitudine admirationis.

De quinto excessu mentis qui surgit ex magnitudine admirationis

Nemo est qui nesciat unde sit admiratio. Tunc admiramur praeter spem et supra aestimationem. Novitas itaque visionis et res visu incredibilis adducere solet admirationem mentis, quando aliquid incipit videri quod vix possit credi. Ille igitur mentis excessus qui ex admiratione oritur, attende quam convenienter describebatur in eo quod dicitur: Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens? Quid est aurora nisi lux nova tenebris permixta? Et unde quaeso admiratio nisi ex inopinato incredibilique spectaculo? Habet itaque ipsa admiratio lucem subitam tenebrisque permixtam: lucem visionis cum [illegible] reliquiis incredulitatis, ambiguitatis [illegible] tenebris, ita ut modo mirabili homo absque dubio videat quod tamen vix valeat credere. Ex ea nominatione, quanto magis miramur tanto diligentius attendimus, et quanto altius perspicimus tanto plenius agnoscimus. Crescit itaque ex admiratione attentio et ex attentione cognitio. Quod itaque velud aurora consurgit, quae ex novitate visionis admiratione paulatim ad incrementa cognitionis proficit. Aurora siquidem paulatim elevatur, elevando dilatatur, dilatando clarificatur, sed miro modo diminuendo incrementum desinit per amotionis sue incrementa ad defectum venit. Et unde accipit ut maior sit, inde ei accidit tandem ut accidit ut omnino non sit. Sic utique humana intelligentia divino lumine irradiata, dum in aliquibus contemplatione suspenditur, dum ex admiratione distenditur, quanto semper ad altiora vel mirabiliora ducitur, tanto amplius, tanto copiosius dilatatur, et unde infimis remotior, inde in semetipsa purior et ad sublimia subtilior evadit. Ex in consuetum sublevatione diu modo humana se ad altiora extendit, dum diu crescendo tandem aliquando humanae capacitatis metas transcendit, fit demum ut a semetipsa penitus deficiat et insuper mundanam quendam transformata affectum tota supra semetipsam transeat. Et sicut matutina lux crescendo desinit non quod esse lux, sed esse lux matutina, ut ipsa aurora iam non sit aurora, ita humana intelligentia ex dilatationis sue magnitudine quandoque accipit ut ipsa iam non sit ipsa, non quidem ut non sit intelligentia, sed ut iam non sit humana, dum miro modo incomparabili mutatione quasi incomprehensibili efficitur plusquam humana, dum in gloria domini spectando in eandem imaginem transformatur a claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Videtis igitur, perpendistis ut arbitror, quam apte quam congrue ille mentis excessus qui ex admirationis magnitudine oritur, ex mistica descriptione designatur in eo quod dicitur: Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens.

Ca.m x — Notandum sane quod sicut ille superior excessionis modus de quo superius locuti sumus ex devotione surgit, sic e contrario iste secundus de quo loquimur nunc non tam ex devotione incipit quam in ipsam desinit, ubi commune felicitatis desiderio admiratio contemplationis assurgit. Hic ex veritatis revelatione eius

Quomodo hic excessus modus quandoque a sublimi admiratione incipit et infert vehementiam devotionis de secundum modum

Left margin: Admiratio ... / aurora / aurora / lux matutina

q contemplatione animus inflammat. Videte ne forte hec vobis septima mentis in
inat tu eis que supius posuimus ubis subsequens adiungat. Dicto enim Que
est ista que progreditur quasi aurora consurgens. Statim addit pulchra ut luna
electa ut sol. Nemo hec ante se posuit aliaque que possunt ut potius sumus
ubique plena comparatione coaptet vel coaptat nisi quantum puris materie ratio
pro veritatis testimonio postulat. Aurora itaque et luna lucem habent. Sol autem utique
pollet. quid enim sole lucidius quid sole fervencius. Videtis ergo quia illa mentis
ascensio que hoc loco designatur cuius comparatione soli comparant. Videtis quod
quia non inequalem sed eximia quam devotionem designat quamvis absque cla-
ritate veritatis et illustracione incipiat. Sicut enim in illa superiore comminis
devotionis sue fervore mens sepe sublevatur ad summe veritatis contemplacionem. Sic
ista admiranda quadam atque stupenda veritatis contemplacione paulatim primo
[illegible] tandem et inflamatur ad summam devotionem. Consideremus ergo in orbe solis
magnitudine claritatis atque caloris. Aliqua colligimus in hunc mentis sublevatione
ascensionis promocionem. promocionis et consummacionem que quidem quasi ab amore
incipit. et tandem aliquando in se solis splendore [illegible]

et sic comprehendendi modus
que absque admiratione
inchoat et in eodem tenore
perficiat. etc.

Nec tu dubius inflammat secunda mentis excessione
humane promocionis modum per ubique eius
consummacionem quatinus hic videmus in rebus corporalibus quid de rebus invisibilibus
estimare debeamus. Si enim vasa aque solis radio supponas ipsam mox aqua
videbis luminis splendorem accepisse in superiora refundere et claritate quidem absque calore
tum infima levat. Sic mentis sane divine revelationis radios suscipiunt sine
mediante eque omnis ad eandem vim dilectionis pertinent sunt eius bonum omnium
auctor [illegible] sic in nobis bona concedit ut eadem rerum divisione [illegible] modo
temporibus modo personis effectus exhibet. Perpende obsecro ex proposito exemplo
quisquis hec legis vel audis quid ille in nobis divine revelationis claritas luminis
radius efficiat quo humana intelligenciam ex infusionis sue illustracione
supra semetipsam levat. Attende qualiter hec proposita tibi exempli for-
mula sit de quo modo loquimur humane mentis excessum comqualitatis sue
similitudine apponat. Quid est aqua nisi cogitatio humana que semper
ad inferiora labitur nisi sub districtionis magne moderamine cohibeatur aque
in vase collecta cogitatio meditationi intenta et per intentionem dissipata. Aque
collectio cordis meditatio. Cuiusmodi aque solis radius se infundit quando
divina revelatione ditationi [illegible]. Sed tu aqua radium in se superni
luminis accipit fulgorem quamque luminis et ipsa ut dictum est ad superiora
nullo modo ascendere valet. Et tu tanta sit differentia aque et luminis
ei tu que de se luminis radio emittit. Sic michi sic similitudinis im-
primit ut tremula tremulum quieta quietatum. purior puriorem diffusior

diffusionem efficiat. Juxta hanc similitudinem cum inaccessibilis illius eterni luminis
revelatio cor humanum irradiat, humana intelligentia supra semetipsam immo supra
omnem humanum modum et ultra intelligentie rationis divini luminis infusione ad
admirationis relevatione divinis ad summa resilit. ubi nulla ingenii perspicacia, ubi
nulla artis industria humana ratiocinatio ascendere sufficit. Et quo mentem homo
divine claritatis splendor profundius penetrat, eo altius stuporis sui magnitudine
excussa et per extasim sublevata in divinorum archanorum sublimibus sub lumine resul-
tat. Illud autem omnino constare debet, quia quanto plenius atque perfectius ad
intima animus pacis tranquillitatem componere se prevalet, tanto sublimius tanto
tenacius inhiat sub levatione summe lucis per contemplationem inhebet. Et procul dubio
quanto purior ad integritatem, quanto diffusior ad caritatem, tanto perspicacior tanto
perspicacior capacior invenit ad superiorum mundanorum et super celestium contemplationem.

Quomodo in hoc opere diversimode gratia divina revelationis mentem meditationem occurrit

Notandum sane quod talis divine revelationis
splendor quedam premeditate meditationi occurrit.
Nonnumquam ipsam humanam meditationem prevenit, et modo quemcumque adimiat mo-
dum occupat torpentem vel dormientem evigilat. Hinc est quod regina austri regem
Salomonem questionibus pulsat vel propositis enigmatibus, cunctaque ab eo discit que
ille proponebat. Hinc est quod et vinctum Petrum angelus cum luce visitans a corporis
sui sompno excitat et educit. Illud enim loquitur Scriptura de regina austri quod
venit audire Salomonis sapientiam, nisi quod docuit eam Salomon omnia verba que propo-
suerat. Que est ista regina austri et illius talis regionis inhabitatrix et
domina et videndi Salomonis desiderio succensa. que inquam est ista regina nisi
quelibet anima sancta sensibus et appetitibus carnis desideriis cogitationibus et affectionibus
mentis fortiter presidens et summi regis velut veri Salomonis dilectione succensa vel
desiderio vel ardens. Huiusmodi regina summe sapientie regem propositis enig-
matibus et sententiis interrogationibus impetit cum quelibet anima devota de divinis ad
intelligendum premissis investigandis intentus studio vehementer insistit. audiamus quid
quo et illa atque propria industria non sufficit, sepe mentis ordinem supplet propria divina
revelatione cognoscit. Videamus adhuc quid de eadem regina divinus adhuc
sermo proponat [illegible] subinitens dicat. Videns autem regina Saba omnem sapientiam
Salomonis et domum edis quam edificaverat et cibos mense eius et habitacula servorum
et ordinem ministrantium vestesque eorum et holocausta que offerebat in domo domi-
ni, non habebat ultra spiritum. Videns inquit regina Saba. Ecce non inde describi-
tur que prius proponeret et quomodo proponebat. Vide tu quod videlicet et intellige quia
intellexit. Videns ait regina Saba omnem sapientiam Salomonis etc. Ecce quanta
et qualia. Animadverte anime studiose quod divina revelatione cognoscere
vel proponere quam magna, attende quam miranda videndo divinitus cognoverit,
que dum videndo intimum quam mirando tandem pre admirationis magnitudine ad spi-
ritum sui venit defectum. Ecce quo ordine vel processit vel ad que tandem exitum
venit. Prius querit et audit, postea videt et intelligit, tandem autem obstupe-
scit et deficit. Interrogat quod discat, contemplatur quod miretur, stupet quod mente

T4

Regina austri

q d. s. petr. victo

ut mentem excedat. Mentem quoque excedat. Summum est meditationis gradum contem-
plationis excessus. Ecce quibus promotionis gradibus sublevatur animus humanus.
Meditatione perfecta accipitur, assurgit in contemplationem; contemplatione in admirationem,
admiratione in mentis alienationem. Manifesto ut arbitror exemplo iam tenetis
quod ex magnitudine admirationis incidat homo in excessum mentis. Numquid enim
aliud illi fuit spiritum non habere, nisi mentem excedere vel deficere? Et hoc accidit nisi ex nimia
admiratione. Nunc [illegible] modo queso regina ista sine spiritu fuit, nisi quia spiritus
eius a semetipso alienatus fuit. Sed in hoc loco in memoriam redit quod de semet-
ipso alius quidam dicat: Ego Iohannes fui in spiritu. Ecce Iohannes esse se
in spiritu attestatur. Ecce regina austri spiritum non habere asseritur. Numquid ergo ille in
spiritu fuit, illa sine spiritu fuit? Et quis adhuc idoneus. Sed Iohannes in spiritu fuit,
alius [illegible] opponat: utrum sine carne, utrum sine spiritu ibi fuit. Sed quomodo sine
carne in spiritu esse potuit, cum corpus omnino nisi in corporali loco esse non possit?
Si ergo sine spiritu ibi esse creditur, quis dubitat quod spiritus in spiritu erat? Dicat
Numquid autem de regina dictum sumus. [illegible] corpus ex anime remansit quam
spiritum non habere iam cepit? Quis hoc dicat? Quis nisi amens hoc astruere
audeat? Dicamus ergo regine [illegible] tunc temporis sine spiritu fuit, quia sine spiritu vivere omnino
non potuit. Numquid ergo [illegible] spiritus sine spiritu fuit? Dubitat ergo quomodo pater quomodo
potest quoniam modo spiritus sit in spiritu vel spiritus sine spiritu. Omnino unum de Iohanne
creditur, alterum de regina putatur. An forte hoc est spiritum in spiritu esse, et semetipsum
intra semetipsum totum colligere, et ea quo circa carnem seu extra carnem
geruntur minime penitus ignorare? Et spiritum sine spiritu esse, est semetipsum extra
semetipsum et supra semetipsum totum effundere, et que sub ipso vel in ipso fiunt
omnino minime ignorare, et in aliud divinitatis archanum totum intrare. Nonne
in spiritu spiritus tunc recte asseritur, qui exteriorum omnium obliviscitur penitus ignarus
eorum omnium que in corpore corporaliter aguntur, et illa sola intra memoriam vel
intellectum que in spiritu vel circa spiritum actitantur? Cum non recte dicatur spiritus
semetipsum non habere, qui incipit a semetipso deficere et alius esse, insuper in-
quidam et [illegible] humanum statum transire et in mirabili transfiguratione
spiritus ille ab humano [illegible] deficere, ita ut ipse iam non sit ipse eo dun-
taxat tempore quo Deo incipit alius inherere. Qui enim adheret Deo unus
spiritus est. Et psalmista: qui eiusmodi est, deficit in salutare tuum anima mea.
Cuius spiritus itaque est qui summum mentis ascendit et quasi a suo spiritu deficit
quam summum mentis transcendit. Sed hec melius [illegible] eruditoribus aliis plenius
distinguenda relinquamus. Quomodo excedendi modo divina revelatio aliquando
[illegible] in meditatione pervenit.

Illud modo consideremus quod divina revelatio
solet quoque ex meditationis industria provenire et humanum animum
in ista conversionis ex humane libertatis statum subita temptationis [illegible]
tia deiectum non solum ad solitum solitudinis statum erigere verum etiam ultra humane

Marginal notes: quomodo Iohannes in spiritu; sine corpore; quomodo spiritus in spiritu est; quomodo deficit in salutare; quomodo in spiritu est; quomodo spiritus deficit; sine spiritu; Capitulum xiii

possibilitatis metas levare. Sepe namque humana mens post multa certaminum suorum insignia importuna temptationum instantia pulsatur vehementer quod concussa et de illo sublimi securitatis et tranquillitatis sue arce deicitur ne quis de ipsa fortitudine intantum os erigat successus tam instabiles quam manifestet. Hinc est quod beatus petrus apostolorum princeps post quam in summa virtutum miraculorum quasi sublimia tenet. Ligatus includitur. Sed ab angelo visitatur non minus mirabiliter eripitur quam crudeliter prius a crudelitatis ministris trahebatur. Solet autem huiusmodi miracula fieri que solent mentes mentis et se diligentes quemque concomitari. Cum mens nesciat irritamenta voluptatum modo a foris modo ab intus surgere a foris per delectationem ab intus per suggestionem per delectationem incitare per suggestionem in mente. Modo namque sordida titillatione carnis inflammat modo vero feda cogitatione animus sordidatur. Quasi ergo carcerales tenebras intrinsecus cum huius concupiscentie nexibus vincti confusionis mentis caligine declinare volumus non valemus. Sed illa sane mens divine consolationis revelationem meretur que non tam ipsa corporis sui ignavia quam aliene malignitatis perfidia. Has confusionis sue tenebras patitur. Huiusmodi autem sancta anima ad divine legationis adventum eripitur. Cum ordine inspirationis gratia et revelationis luce ab oppressionis sue pondere relevatur. Angelus sane nuntius dei et procul dubio angelus est nuntius nec quilibet sed divinus nuntius per quem divine voluntatis beneplacitum cognoscimus. Nuntius per quem ad celestium cogitationum illuminamur per quem ad eorum desiderium inflammamur. Sed nunc novit nuntius iste celestia sola. Amnon et tecua. Sed qui maiora novit quo minora ignorare possit. Bona sana lego sufficit ad omnia non solum dictanda verum etiam persuadenda in quantum tu voluit ille qui mittit. Vultis audire quale legatum dicit nobis loquens apostolus nuntio ista nisi inspiratio divina. Hic est ille nuntius quem diu quesivimus. Hic est legatus vere potens vere sufficiens animum humanum ad omnem veritatem inducere ad omne divine voluntatis beneplacitum inclinare. Nec ergo mirum si talis nuntius oppressam animam a concupiscentie sue nexibus absolvit qui celestium et eternorum cogitationum pariter et amorem cui voluit et quantum placuit statim infundit. Tales nuntios in sua ereptione expertus fuerat qui dicebat: Misit de celo et liberavit me. Sed forte adhuc quis scire querit quis ille legatus fuit per quem anime sue captivitatem fugavit deus ignorantiam et miseriam sua et expulit. Quam angelus tu lucis veniens divine inspirationis operatio veritatem infundens misericordia veritatem adducens nuntio dextera. Quid est autem deus ignorantiam et miseriam mittere et hominem a sua captivitate eripere nisi misericordie sue operatione veritatem inspirare veritatis quoque inspiratione ad robur virtutis solidare. Et quis unquam animam sue pietate plene eruerit si huius legationis beneficia experiri non meruit. Felix petrus qui non solum meruit ab angelo eripi verum etiam ereptus etiam angelum sequi. Puto quod non omnis qui ab angelo eripitur angelica etiam vestigia comitatur. Lego tamen portas apostolos ab angelo

eductos. illo tamen sopitos. Petrus ab ipso suo ereptore angelo precipit ut ipsum se-
quatur. Quid est quod esse dicimus. Nunquid hec ut putamus angelica vestigia lege-
pus celestia pennata quam aralia iter. Cogita si potes que illa pedes angeli
vel subsequitur Petro seu primo sunt quorum vestigia nec carceralis custodia
nec ferrea porta cohibere vel retardare potuit. Quid hoc non nomine quid hoc
non miru. vere angelicum et hoc plusquam humanum. humane passibilitatis condicio-
ne penitus cont et per omnis impossibilitatis arduum et artum vestigia. Cogita in
si omne non preteritis per que sane opera quotiens oportet facile vestigia lege-
tinus deridamus ad supermundana de visibilibus ad invisibilia de vestigiis ad eterna
tu hic cottidie prompte celi ianuis per contemplationem intrare dicimus et si scitis hic
quomodo et istud premium prius commeare vestigia divina post Petrum senectutis dure
necessitatis natiuis impossibilitatis quam repagulis obstructo et obstinanti. Cogitatis
magna et forte hec cogitando invenies quid de illa ferrea porta sentire debeas
vel affirmare audeas. Nunc tamen si minus sufficit ad ista non quid aliud qui
et quibus forte que porta ferrea per presentem vestigia familiaris et nota
sepe ultro e aperta. Illud sane ut arbitror non impudenter dixim quia longa
super hominem sunt quia longe a semetipso et super semetipsum recessit quia hec
omnia per experientiam didicit. Alioquin non erit mirum per ista nisi reuerteret vel unde
que super primo capitulo dici potuissent si hoc loco dici debuisset. Sed sufficit nobis
quod posuimus quo eius testimonio sufficientem presse. Quo divina quam divina revelatio
soleat meditationis nostre studia preuenire torpentemque animum excitare et sub
semetipso de ictu et super semetipsum quamque levare. Nunc scio vere. Multa sunt

Restat adhuc tertio loco ostendere quo exsultationis ex magnitudine humana mens Tertius contemplandi modus quomodo soleat ex magnitudine iocunditatis.
soleat in extasim rapi et semetipsam excedere. Hic sane excessionis modus
in iam satis convenienter expressus in eo quod ubis que de Canticis canticorum tertio lo-
co posuimus. Que est ista ait que ascendit de deserto deliciis afflu-
ens innixa super dilectum suum. Et deserti nomine intelligitur cor humanum quod cum
iste de deserto ascensus nisi mentis humane excessus. Quasi de deserto humanus
animus ascendit cum super semetipsum mentis alienatione transit. Cum semetipsum
in imo deserens et ad celum usque pertransiens solis divinis se totum per contem-
plationem et devotionem immergit. Sed huius ascensionis causa consequenter adnectitur
in eo quod hoc que ascendit deliciis affluens describitur. Quid est deliciis affl-
luere nisi spiritualium gaudiorum plenitudine habundare. Quid magna est
hec deliciarum affluentia nisi vere et intime suavitatis habundantia celitus
quam data vel ubertimque infusa leticia. Harum deliciarum copia sicut non nimi

ubertimque

Tertium fuit
c. xiiii
exemplum
que de desertum
que de deserto ascensus
que deliciis affluens

gaudium fallaces divitiae nunquam exhibere possunt. Alioquin fallaces non essent. Di-
vitias delicias immo et earum affluentiam vacue exhibent. Nunquam delicias vere
ne dicam affluere vacue dici possunt. quamvis [?] beatum Iob sententiam subscribentibus
et delicias computat. Has sane corporales fallaces quam divitias et impii habere
possunt. quamvis verum tamen gaudium omnino habere non possunt nisi forte mendacem eum
faciamus quem in ipsa veritate contestantem audimus. Non est impiis gaudium
dicit Dominus. Quotiens itaque minus veris deliciis cares etsi corporalibus divi-
tiis abundes tu ipsa veritate psallere potes. Ego inops et pauper sum ego.
Nunquid non rex potens et dives princeps corporum [?] erat quando ista dicebat. Quales
ergo erant ille divitie vel quales delicias poterant conferre, ut quarum copia
oportet inopem fore verum quam gaudium aliorsum mendicare. Ego autem ait men-
dicus sum et pauper. d. s. e. Insinuat itaque deliciarum affluentia vim quam gaudii
fundamenta non est unde separare debeas. Non est unde separare valeas nisi optima
illa animi iocunditate diminutus quam infusa dulcedine. Hec est ista inquit
xi. Quod sub nomine existentie possit utramque considerationem subintelligi et illam que ad rationem substantie pertinet et illam que pertinet ad rationem [illegible].

xii. Quod generalis existentiarum variatio triplici distinguitur modo.

xiii. In persona quid valeat personarum existentia in humana natura et in persona quid valeat in angelica natura.

xiiii. Quod divinarum personarum existentiarum differentiam optat querere [illegible] solam.

xv. Quod in natura divina sit existentia que est pluribus communis et existentia que omnino est incommunicabilis.

xvi. Quam recte in divinitate possit esse incommunicabiles existentie et quod tot sint quot persone.

xvii. Quod quantum ad divinam nihil aliud persona est quam incommunicabilis existentia.

xviii. Quod plures possunt esse existentie et quod consequens est plures persone ubi non est nisi unitas substantie.

xx. Quomodo intelligendum sit vel quomodo possit quod quidam dicunt tres substantias unam essentiam, quidam tres substantias unam substantiam, alii autem tres personas vel substantiam vel essentiam unam.

xxi. Diffinitio persone non convenit nisi pluribus [illegible].

xxii. Descriptio persone non convenit nisi pluribus [illegible].

xxiii. Descriptio persone que videtur soli et omni posse convenire.

xxiiii. Descriptio persone que videtur soli et omni inesse vel posse convenire.

xxv. Quod proprium sit divine nature personarum pluralitatem habere in unitate substantie et eo ipso ab aliis differre.

Sequitur primum capitulum

Ecce in huius operis exordio ea que de divine substantie unitate credimus tam evidenti demonstratione et propriis rationibus demonstravimus ut diligenter intuentibus nichil dubitationis remanere debeat. Hic tamen vel in modico hesitare oporteat sollicite et suo loco disponendo pluralitatem fidei nostre assertionem tam rata probatione persuasit, tam multiplex ita confirmavit ut mentis inopes videatur cui tanta veritatis contestatio satisfacere non possit. Et quid quelibet harum contemplationum et assertionum tu per temet ipsum sola et seorsum attendis, nichil credibilius, nichil verius credere videtur. Si quis autem unam cum alia conferens et quomodo concordent et simul stare possint attenderimus, nisi fidei firmitas obsistat, pene in ambiguum venit quicquid multiplex rationibus persuasit. Non enim facile capit humana intelligentia ut possit esse plures quam una persona ubi non est plus quam una substantia. Hinc alii in fidelium erroris hinc multiplices deceptationis hereses. Hinc quod alii divine substantie unitatem confundunt, alii personarum pluralitatem confundunt. Hinc est quod Arrium et Sabellium per contrarias sectas sunt ab invicem divisi. Hinc est quod aliqui contemporanei nostri persone nomen sub multiplici significatione accipiunt et tam profunda veritatis intellectum qua applicare debuerant maiori ambiguo involvunt. Ita ut quod velit persone nomine sub communi et propria acceptione intelligere nullo modo putat plures personas sub ea acceptione intellectas posse subsistere in unitate substantie.

Tertium hoc assignata queso intuearis trinitas et unitas trinitatis. Nunquid quia comprehendi non potest ideo esse non potest? Quis nisi mentis inops hoc senciat? Quis dicere presumat quia multa sint que humana intelligentia non comprehendit, que tamen quia vera sint nec tamen humana multiplex experimentum latere non sinit? Applica michi queso si potes de quo omnino dubitare non potes. Quid sit quod oculus corporis ubi videndo non sentit ubi et videndo sentit, ubi omnino non est speculo utique ubi non est stella positum videt palpebra tamen obductus ipsam sub qua latet palpebram non videt. Ceteri sensus corporei sola ad se tamen sentiunt atque discernunt. Solus oculorum sensus adherentia habet, et ad longinqua et remotissima vigeret. Nunquid quia quo sit non comprehendis ideo verum non esse contendis? Explica michi si potes quod negare non audes, quo in te ipso corpus et anima tam diversa utique vera sint una tamen persona. Et tu autem queras quomodo in summe simplici et communi natura personarum trinitas sit una eademque substantia. Illud incomprehensibile est quomodo sit quod tamen humana nostra per experientiam nouit quanto magis quod ulla humana experientia attingit.

Et si te dicis de operis nullo modo posse dubitare, et si videatur humane capacitati modo excedere adeo incomprehensibilia que sunt incomprehensibilia esse non dubitas que tamen per experientiam esse non probas. Multa namque ita manifesta latere non sinit ad que tamen comprehendenda nostra humana non sufficit. Nunquid de divina eternitate comprehendis? Non tamen de eius eternitate dubitas. Quis tamen comprehendere non valeas. Nunquid diffidis? Nunquid dubitas de immensitate? Dubitas. Quis eam comprehendere non valeas. Nunquid de dei omnipotentia a quibus comprehenditur a quibus predicatur et creditur? Si singulos theologos interroges ab omnibus id responsum accipies quod idem sit dei omnipotentia quod eius sapientia quod eius bonitas, nec aliud sit quod ista vel illa. Si queras quid sint hec tria vel aliud in nominibus quam divina substantia hec omnia ita manifesta convincit et latere non sinit. In hoc pene omnes theologi conveniunt. Hoc omnes in commune defendunt. Ad quod queso horum magis capabile? Quid magis comprehensibile, an quod substantia una sit deitas tria, an quod tres persone sint substantia una? Utrumque incomprehensibile, neutrum tamen incredibile. Hoc tamen ut michi videtur incomprehensibile efficit ut quosdam persone significationis pluralitas acceptiones variare. Ita sunt qui dicunt nomine persone aliquando substantiam, aliquando subsistentiam, aliquando personarum proprietates significari. Sic quoque volunt substantiam aliquando in singulari numero, aliquando in plurali numero. Nec tres personas confiteri videantur, et tres confiteri substantias, ad probandum autem tres personas proprietates persone sunt. Terminum autem imitat ubi dicitur adducunt Sabellium quoque declinates tres personas conspicuas subsistentiam distinctionis.

Marginalia: I — in uni[versa] b. — q. aliqui persone ... — η — no — q. nunquam ... — q. ... — η — q. ... — no — q. ... — a sint b. — q. ... — b. q. non ... ad ... persone

non enim nomina tria sed tres nominum proprietates, id est personas vel ut greci exponunt ypostases, id est subsistentias confitemur. Sed ut michi videtur Ieronimus in quibusdam libris non dicit personas proprietates personarum, sed proprietates nominum, id est que proprie significat nomina personarum.

Et de nomine ypostaseos tractans in quo sensu ab eo ponenti suspectum est, ut in quibusdam de nomine greco tractans qui greci non sumus. De nomine subsistentie tractare presumere non debemus. Quidam personas, quidam subsistentias opponunt, et tres subsistentias et unam substantiam in una divinitate dicunt, quod ostendunt. Sed quidam sic hec intelligunt, sicut complacet et si legentibus omnibus constet tres subsistentias esse potuisse et ubi constat non nisi unam substantiam esse. Hanc non sententiam non arguo, non reprehendo, non falsam esse contendo. Sed quod verum est confiteor confitendam, quamvis hec eorum doctrina non satisfaciat mee simplicitati et similium michi similibus inquisitoribus satisfacere oporteret. Quomodo tamen substantie quam subsistentie significatione diligunt differentiae et secundum datam differentiationem assignat quo possit esse plusquam una subsistentia ubi non est nisi una substantia. Aliaque quesivi quod possit michi ignoto significationis ostendi nomen persone, ut nec est omnium vestrorum usitatum. Nomen non subsistentie, ut ab omnibus quod saltem sententiae ostenderunt agnoscitur. Quo ergo quesivi ex eius proprietate quam ignorant simplices quique colligere potuerint quod tres subsistentie et eo ipso tres persone possint esse in unitate substantie. Et non quesivi michi illa doctrina satisfacere potuit quousque liber resolvatur. Deum ergo intentionis mee est in hoc opere simplicioribus et similibus et ut sic dicam mei inminoris studebo, prout dominus dederit, non tam subsistentie quam persone significationem differentiae certa potius differentiationis assignatarum ostendere quo possit personarum pluralitas cum substantie

Tollam licet quod sensu et quod fine et indubitanter teneo quod in unitate conveniens in illo tam sublimi et supereminenti misterio nomen persone illatenus assignat sine instinctu divino et spiritus sancti magisterio attendamus quo idem spiritus tot sacramenta fidei nostre, redemptionis nostre, resurrectionis nostre et glorificationis nostra prophetis predixit, nostra clarius exposuit, nostra doctores apposuit. Quis istud attenderit nullo credere potest quod summum fidei nostre articulum, quod sanctissime et secretissime trinitatis misterium quoniam illud quod noverit ab omni corde credi, ab omni ore confiteri, estimatori hominum apposuit et non propria inspiratione ordinavit. Licet dicamus quia hii qui nomen persone primo ad divina transtulerunt. Licet dicamus quod si ipsi conventi fecerint ut sicut quod respondetur querentibus quid ea tres ibi in eum essent, cum tres deos dicere non possent. Sed quod ab eis conventiculis factum fuit nomen spiritus sancti qui cordibus presidebat, qua voce et intentione id fieri voluit. Si non hec fideliter credimus cum omni diligentia querimus non iam si qua acceptione primo humanis sit impositum nequaquam conventiculis sit postea ad divina transsumptum. Sed in qua intentione proprium sensum veritatis sit translatum inspirat et a latina lingua certa ubi sequitur et illa cum sua certe reddit quam que communi acceptione format quod simpliciter et certum animi intellectum quem quilibet accipit ad notationem persone studebo assertionis mee

Distantiamque imprimis quod deum esse ab aliis quod persona seu modum formare substantiam dei et substantiam significare videtur intelligo tamen multum est inter significationem unius et significationem alterius. Sed ut melius elucescat quod dicimus, ipsius complaceamus apertius quod alter substantiam significet quis negat, quis dubitet. Multum tamen inter significationem unius distat et significationem alterius. Nomine enim aliud intelligitur substantia creata sensibilis et itaque substantiam significat. Sed et aliud aliquid consignificat nomine quibus alio significat substantia. Sed cum admixta sibi specifica differentia similiter

li

Quid sit alius et aliud

et hoc nomine homo indicat aliquid et eo ipso substantiam significat. Quid enim est homo nisi animal
rationale mortale. In eo ergo quod principaliter significat aliud quod significat animal, itaque significat substantiam non
qualemcumque sed sensibilem. Homo autem non omnem sensibilem sed rationalem. Nunquam autem di-
cimus personam nisi de rationali substantia. Et cum nominamus personam, nunquam intelligimus nisi unam solam
substantiam et singularem aliquam. Itaque cum multae sint substantiae, sub nomine animalis subintelligitur proprietas
communis omni animali, et sub nomine hominis subintelligitur quaedam proprietas quae non con-
venit nisi uni soli communis omni homini, et sub nomine personae similiter intelligitur quae
proprietas quae non convenit nisi uni soli, tibi cum dignitate. Sicut in ipso nomine animalis generalis
intelligitur proprietas generalis, hominis proprietas specialis, in nomine autem personae proprietas indivi-
dualis, singularis et incommunicabilis. Colligis, ut arbitror, facile patet ad intuitum quod inter se
multum differant significatio substantiae et significatio personae.

Sed cum pensas et diligenter attendis, nomen substantiae non tam quis quam quid significat,
e contra autem nomen personae non tam quid quam quis designat. Cum ad tam longinquum
animal sint ut distinctum non possit, interrogamus quid sit. Cum ad solum hominem accipe-
re respondetur quod animal sit, homo, equus aut aliquid consimile. Cum autem appropinquamus ut
quod homo sit distinctum possit, interrogamus non iam quid sed quis sit, et respondetur verbi gratia
quod sit Mattheus, Bartholomeus, Petrus vel filius eius. Vides quod ad interrogationem quid re-
spondetur nomine generali vel speciali, definitione vel aliquo tali; ad interrogationem autem quis nomen
proprium reddi solet vel aliquid aequipollens. Pertinet itaque interrogatio quid ad proprietatem communem, quis ad proprietatem
singularem. Si contingat itaque quod sit ad cuius aspectum angelice visionis unius interrogare aliquem
quid sit, et ille responsum accipit quod angelus Domini sit, et utique responsio non est pro-
prietate locutionis sed per intentionem quaerentis. Ac si aperte dicat interrogatus: non est
homo ut putas sed angelus Domini. Nam si angelum esse sciret, nequaquam tale ad quaestionem illam
responsum nisi improprie reciperet. Per quid itaque, ut dictum est, inquiritur de proprietate communi, per quis
de proprietate singulari. Per quid interrogamus, ut certificemur de qualitate substantiae; per quis ut certifi-
cemur de proprietate personae. Et nota quod ad interrogationem quae est ista persona vel
quis est iste, solummodo respondetur idem et nomine proprio vel aequipollenti reddendo. Colligis
ergo, ut arbitror, satis intelligi datur quod ad nomen substantiae non tam spectat quis quam quid materia-
liter; ad nomen personae non tam quid quam quis designatur. Ad nomen autem personae
nunquam intelligitur nisi unus aliquis solus ab omnibus aliis singulari proprietate discretus.

Quando igitur tres personas dicimus, quid aliud quam tres aliquos significamus, iuxta intel-
ligentiam supra quod accepimus personam in singulari, iuxta eandem personas intelligimus acci-
pimus eam et in plurali, nisi quod hic plures, et illic unus solus datur intelligi. Cum
dicitur persona, procul dubio intelligitur aliquis unus qui tamen sit rationalis substantia; cum nominantur tres
personae, absque dubio intelliguntur tres aliqui, quorum tamen unusquisque sit substantia rationalis naturae.
Et utrumque sint plures, tamen omnes una eademque substantia, nichil minus est quam proprietate unitatem quod ipse
sermo magis indicat, homines iuxta hoc ut quod nominatio dictat. Personas quidem humanas intelligimus,
divinas autem videre non possumus. In natura humana quot personae tot substantiae, et complectitur eos
totidem consequentia, de divinis similia aestimare. Animus enim carnalis animus acquiescit ei
quae propria consequentia dedicit ut vix aliquando aliter queat. Quam quod eis quae consequentibus novarum
ex aliqua pluralitate non comprimitur. Sed qui ad fidem dormitat saltem ad aptam rationem conci-
liat. Monstramus iam apta ratione quod non sit necesse ubique sint plures personae et
plures substantias communes.

Esse ubicumque tres personae, illud omnino est necesse ut
alius aliquis sit iste, alius alius sit ille, et alius alius qui est tertius ab utroque.

et quilibet alius eorum per se aliquid certius duobus, prima distinctione et distincta proprietate distinctus, procul dubio ubicumque sunt tres substantie omnino necesse est ut aliud aliquis sit una, aliud aliquis sit alia, et aliquid aliud sit ab eis sit illa que est ab eis tertia. Videas si in nullo a se differrent invicem, utique plures esse non possent. Si quidem ubi differentia nulla est, pluralitas esse non potest. Invenimus autem supra quod in illa summa trinitate sit omnibus communis summum et summe simplex esse. Non aliquid aliud sit quilibet unus quam quilibet aliquis. Ideo in illa trinitate tres substantias esse negamus. In illa in rationali natura esse aliud et aliud facit diversitas substantiarum, esse alium et alium facit alteritas personarum. Sed quia in illa divina et summe sapienti natura ista alteritatem [illegible] diversitatem invenimus, ideo plures personas ibi esse credimus et plures substantias esse negamus. Ecce perspicua iam et expeditiosa satis ut arbitror ratione ostendimus quod [illegible] diffinimus in eo quod dicimus deum unum et substantialiter unum et personaliter trinum.

Diligenter nondum minuta consideratione ostendum quod sicut esse substantialiter aliud et aliud non tollit ubique unitatem persone, sic esse personaliter alium et alium non scindit ubique unitatem substantie. In humana natura alia substantia est corporis et alia est anime, cum tamen non sit nisi una persona. In divina natura alius aliquis est persona una et alius aliquis persona altera, cum tamen non sint nisi una eademque substantia. Et quod summus et supremus [illegible] iam monstravimus quod in illa divinarum personarum pluralitate sit summa similitudo et summa equalitas, in humane autem nature substantiarum pluralitate sit multa dissimilitudo et magna inequalitas. Quid ergo mirum si in illa tanta personarum equalitate maneat vera unitas substantie, quando quidem in tam contraria qualitate diversitate invenitur unitas [illegible] persone. In humana itaque personata una eademque persona est ex uno corporea, ex alio incorporea, ex uno visibilis, ex alio invisibilis, ex uno mortalis, ex alio immortalis. Nichilominus tamen unitas persone consistit in tam diversis substantiis. Pluralitas itaque substantiarum non facit aliud et aliud in humana natura, nec pluralitas personarum facit aliud et aliud in natura divina. Addamus autem et id quod consequens est, quia nec pluralitas personarum hic dissolvit unitatem substantie, nec pluralitas substantiarum ibi dividit unitatem persone.

Ecce invenimus non esse impossibile plures personas esse in unitate substantie. Querendum est ut inveniamus qua possit esse alteritas personarum sine alteritate substantiarum. Inde [illegible] itaque personis opus est ut arbitror [illegible] consideratione ut sciamus videlicet et quale quid sit et unde habeat esse. Una itaque consideratio versatur in investiganda rei origine; ad aliam pertinet diligenter querere quid sibi sit id quibus commune, quid generale, quid speciale, quid denique proprium assignare nature. Ad istam considerationem pertinet subtiliter indagare hoc ipsum quod est unde habeat esse, a semetipso vel aliunde, et si aliunde quam a semetipso utrum modo isto vel illo vel alio [illegible] modo. Sed utraque [illegible] rei ipsius diffinito vel qualisque dispositio expectatur et assignatio. Hic non nature ordo rei ipsius origo [illegible] qualisque dispositio [illegible]. Illa itaque consideratio versatur circa modum essendi, ista non versatur circa modum optinendi. Illa circa rerum essentiam, ista ut sic dicam circa rerum obtinentiam. Ut tamen [illegible] de rebus ipsis quod [illegible] tinentia [illegible] [illegible] si verbis quibus valeo explico [illegible]. Illud autem [illegible] et pro magno munere habeo si quid amice [illegible] [illegible] quovis alio [illegible] et magis proprie explicat. Optinentia quod dico loco modum quo quis optinet quod substantialiter est vel naturaliter habet. Optinendi si quidem modus in aliis et aliis est multum diversus sive in accipiendo sive non accipiendo sive in dandi vel accipiendi modo.

[marginal notes, top of page: ... secundum personarum qualitatem ... ut in angelica natura ... / ... secundum personarum originem ... ut in ... / ... secundum utrumque ... ut in humanis personis ...]

Possumus autem sub hoc nomine consistentie utramque considerationem subintelligere tam illam scilicet que pertinet ad rationem essentie quam illam scilicet que pertinet ad rationem oppositionis, tam illam in qua queritur quale quid sit de quolibet quam illam in qua queritur tantum [illegible] esse. Nomine consistentie [illegible] ambo quod est consistere in ambobus subsistere notat potius quod pertinet ad considerationem unam. Similiter per adiuncta propositionem notat potius quod pertinet ad considerationem aliam [illegible] quod de [illegible] ut sit dicta quam insistere. Hoc est aliud subiecto inherere. Sed et subsistere dicitur ad utrumque [illegible] videlicet et ad id videlicet quod aliquo modo et ad id quod ullo modo [illegible] subsistere, tam ad id videlicet quod oportet quam ad id quod omnino non oportet subiectum esse [illegible] omne est [illegible] alterius [illegible] natura. Ita quod [illegible] consistit in corpore ut [illegible] et insit velud in subiecto. Et quod dicitur subsistere subintelligitur non solum quod [illegible] esse. Hoc cum intelligi datur tam se habet ad [illegible] quam [illegible]. Quod autem de consistere subintelligitur non solum quod [illegible] esse sed etiam aliud, hoc est quod aliquo [illegible]. Hoc cum intelligi datur in verbo composito quod adiuncta sibi prepositione. Secundum autem consistere inest quod aliquo subsistere. Hoc est subiacere quod aliquo [illegible]. In uno itaque verbo consistere vel sub uno nomine consistentie datur intelligi posse et illam considerationem que pertinet ad rei qualitatem et illam que pertinet ad rei originem.

Consistentia autem ut ex antecedentibus potest colligi triplici modo potest variari. Variari itaque potest aut secundum solam rei qualitatem aut secundum solam rei originem aut secundum utriusque concursionem. Secundum solam rei qualitatem variatur consistentia quando pluribus est una eademque origo [illegible] singulis tamen singulares propriaeque [illegible] plures itaque subsistentie omnino non possunt [illegible] differunt qualitate. Est autem talis varietas consistentie secundum solam qualitatem [illegible]. Secundum originem vero non solum [illegible] est illa varietas consistentie quando pluribus personis est unum [illegible] et indifferens [illegible] tamen secundum originem [illegible] differentia [illegible] secundum [illegible] originem differunt. Sed unus originem habet, alter originem caret. Vel si originem [illegible] origo unius differt ab origine alterius. Hiis modis consistentia variatur secundum originem solam, non secundum aliquam qualitatis differentiam. Tam secundum rei qualitatem quam secundum originis originem variatur consistentia ubi singulis personis est sua singularis essentia et origo diversa. [illegible] iam diximus [illegible] generalis consistentiarum varietas triplici distinguitur modo: vel secundum solam consistentium qualitatem aut secundum ipsius consistentium originem vel secundum utriusque alterationem.

In humana proinde natura sicut experientia nominum personarum consistentia tam secundum personarum qualitatem quam secundum ipsarum variatur originem. Videmus [illegible] omni humane persone est qualitas singularis et propria qua ab aliis omni ambiguitate differt [illegible] et origo propria et ab omnibus aliis diversa et singularis [illegible] distincta. [illegible] aliud est principium isti et aliud est isti et aliud est illi. [illegible] alius est pater istius et alius pater illius. Et ubi unus est pater pluribus alia tamen est [illegible] subsistentie [illegible]. Videmus itaque ut [illegible] in humanis personis consistentiarum [illegible] variari. Quod tamen secundum singularem [illegible] qualitatem [illegible] originem. In angelica autem natura nulla est propagatio sed sola simplex [illegible] creatio. Est ergo singulorum simul et omnium unum solum indifferens principium [illegible] creatione. Sunt autem in angelica natura tot subsistentie quot persone et ideo oportet eas qualitate differre. Nam si nulla qualitate differrent procul dubio plures subsistentie non essent. Variatur itaque consistentiarum differentia in angelica natura secundum solam qualitatem. In humana vero eadem est tam secundum qualitatem quam secundum originem [illegible].

(new)

Triplex existentia: ex propagatione ut hominum; ex creatione et propagatione ut hominum; ex creatione sola ut angelorum; que est substantiale ut divine nature que sine creatione et inchoatione.

In divinis autem ut probatum est personis nichil omnino dissimilitudinis, nichil est inequalitatis. Qualis est persona una, talis est et alia, tres nichilominus et tertia. Ubi itaque omnes invicem sibi similes et coequales sunt secundum qualitatem, quamvis differre non possunt, quibus enim est potentia unum et idem est sicut persolvenda ratio probavit summe simplex esse, nullo modo possunt ~~juxta aliquam qualitatis proprietatem~~ aliqua qualitatis diversa ab invicem differre. Cum igitur nullatenus possint juxta aliquam qualitatis proprietatem alternatim differre, relinquitur ut tendant juxta modum originis aliquam differentiam habere. Nam ubi nulla differentia, nulla omnino pluralitas esse potest. Pluralitas itaque personarum convincit quod in illa unitate distincta proprietas proprietatumque differentia deesse non possit. Sed quia identitas substantie omnem inequalitatis differentiam penitus excludit, differentes personarum proprietates certa sola origine querere oportebit ut quod breviter perstringamus quod diffusius diximus. Patet quod in divina natura variat existentiarum pluralitas secundum solam originem. In angelica autem natura secundum solam qualitatem. In humana vero natura tam secundum qualitatem quam secundum originem. Sed etiam iam invenimus quod superius querere proposuimus, quomodo videlicet possit alteritas personarum sine omni alteratione substantiarum. Invenimus namque quod plures ibi in unitate persone quibus commune est unum et idem per omnia indifferens esse quod pertinet ad identitatem substantie. Possunt tamen secundum originale tamen mutuam differentiam habere, si unus existit a seipso, alter originem trahit ab alio. Et si origine solum differant in obtinendi modo. Sicut autem alterat proprietas existentiarum personarum in dicto procul dubio variat proprietas existentiarum. In divina namque natura certa originem solam oportet querere tam personarum quam existentiarum differentiam.

Nomine existentie ut existimo possumus intelligere quod habeat substantiale esse ex aliqua proprietate. Proprium est aliorum habere substantiale esse ex sola propagatione. Proprium est hominum habere substantiale esse ex propagatione simul et ~~creatione~~. Nam caro propagatur, anima creatur. Proprium est angelorum habere substantiale esse ex sola creatione. Proprium est divine nature habere supersubstantiale esse sine creatione et inchoatione. Existentia vero alia pluribus communis, alia vero omnino incommunicabilis. Nam ut de ceteris taceam, que non quatenus nomine persone. Commune est divine simul et angelice et humane nature habere esse rationale. Sed tam angelice quam humane proprium est non esse et esse sed aliunde. Solius autem divine nature non aliunde sed a seipso esse. Existentia vero incommunicabilis est que non nisi alicui uni persone convenire potest. Sed ut de ceteris taceamus in divina procul dubio natura est existentia que est pluribus communis et est ibi existentia que omnino est incommunicabilis. Existentia demonstratio est supra sermo significat non tamen simpliciter sed cum proprietatis alicuius determinatione que pertinet ad considerationem originalis esse. Ad considerationem vero originalis esse pertinet non solum querere et invenire originem et ubi est ymmo etiam querere et invenire eam non esse ubi non est. Divine itaque existentie est habere substantiale ymmo supersubstantiale et sine creatione sine inchoatione. Commune proprium est omni substantie quecumque nomine habet quod vere habet quod esse compositum et accidentibus subiectum. Sola autem divina substantia que est super naturam substantie habet simplex esse et incompositum et nulli accidenti subiectum et ideo vere dicitur habere non tam substantiale quam supersubstantiale esse. Sed non quod existentia designat substantiale esse sed aliquid quod sit ex communi aliquid quod sit commo[…] mutabili proprietate. Commune autem divinis ubi intelligitur esse habens existentie cum in communicabilem vero ubi intelligitur esse habens existentie incommunicabili. Tamen ergo est proprium divine substantie non esse ab aliqua alia substantia sed solum a semetipsa. Quam vere est proprium persone originem non habenti non esse ab aliqua alia persona. Summo autem intelligitur proprietas communis, in altero vero proprietas incommunicabilis. Commune autem omnibus est personis divinis esse de substantia illa que non est ab aliqua alia substantia sed a semetipsa. Substantia non divina quod dicatur vel intelligatur et a semetipsa idem est quod communis existentia. Cetere

Existentia: communis pluribus; incommunicabilis; communicabilis; incommunicabilis

Ecce iam vidimus unde existencia, videamus nunc de existencia incommunicabili.

Illud vero incommunicabile est quod commune cuiquam quod non est ipsum nec esse potest. Considerandum itaque nunc est quomodo in divinitate possit incommunicabilis existencia esse. Sed in illa absque dubio Trinitate oportet tot personales proprietates esse quot sunt persone. Proprietas autem personalis creditur esse incommunicabilis. Proprietas personalis est per quam unusquisque habet esse id quod ipse est. Personali proprietate dicimus personam quamlibet unum esse ab omnibus aliis distinctum. Singulum enim personam dicimus nisi a ceteris omnibus singulari proprietate discretam. Si ergo personalis proprietas communicabilis esset, contrarium idem esset ac si dicas una persona posse esse duas. Et si una dicitur gemina et gemina una, facile convincitur quod neutra earum sit alia persona, quia neutra est ab alia singulari proprietate discreta. Hinc ergo aperte colligimus quod supra iam diximus quia proprietas personalis sit incommunicabilis. In illa personarum Trinitate absque dubio est necesse personales, hoc est incommunicabiles proprietates esse. Sed sicut est probatum eadem est differentia personarum et existenciarum. Si ergo proprietatibus incommunicabilibus differunt persone, utique incommunicabilibus differunt et existencie. Oportet autem ut sit incommunicabilis existencia cui est incommunicabilis differentia. Constat igitur quod [illegible] in divinitate quot persone tot incommunicabiles existencie.

Et si diligentius consideremus, quantum ad divina nichil aliud est ibi persona quam incommunicabilis existencia. Ut supra probatum est, omnis proprietas personalis omnino est incommunicabilis. Item eadem est in divinis differentia personarum et differentia existenciarum. Quid itaque erit ibi incommunicabilis existencia nisi non supra unum substantiale et proprietate personali? Et quid est persona divina nisi unus divinum esse ex proprietate incommunicabili? Et quid est divinum esse nisi substantiale, sive dicas divinum sive supersubstantiale sive summe simplex sive omnipotens esse, ut ceteris huiusmodi ad idem intellectu respice. Tam itaque divina persona quam divina existencia habet divinum esse tam ista quam illa habet esse substantiale, utraque proprietate habet personalem utraque incommunicabilem. Vides quia totum quod dicitur de una potest dici et de alia. Ita quod sicut verum est quantum ad divina nichil aliud persona divina quam incommunicabilis existencia.

Nomina precedenti tetigimus quia in divinitate possunt esse plures existencie. Nunc considerandum si possint ibi esse salva proprietate substancie, sicut usus habet dici utique posset sicut ab eo quod est esse essencia, sic ab eo quod est existere existencia. Vides fortassis quam hoc audiat vel legat. Sed malo te videre quam que dicere velim parum intelligere. Utilitate dividens si itaque existencia dicere usus haberet, quemadmodum essencia simpliciter esse rei significaret, sive itaque sub nomine existencie amplius aliquid oportet intelligere. Sicut enim subsistencia rei dicit [illegible] ex eo quod aliquo subsistat, sic existencia ex eo rei dici potest quod aliquo esse habeat. Existencia significat rei esse et hoc ipsum in qualiqua proprietate.

Nemo autem non videat quod sit differens existencia unius ex omnipotentiam proprietate ista et alium esse [illegible] quod [illegible] alia. Quamvis enim utriusque sit idem modus essendi, non tamen utriusque est idem modus existendi. Numquid quaeso dicat impossibile seu etiam incredibile si duo vel tres dicantur eque potentes et eque sapientes esse? Sed quid dicitur impossibile seu etiam incredibile si hoc ipsum quod communiter sunt unus dicatur ex proprietate una et alius dicatur habere ex alia? Non itaque videtur impossibile vel incredibile plures existencias et quod consequens est plures personas in divinitate, quas si eque potentes dicimus, quod manifesta ratione convincimus, fateri oportebit quod si omnipotentem habet una, omnipotentem habebit et alia. Constat autem apud omnes theologos indubitabili ratione quod in vera divinitate sit summe simplex esse. Erit ergo necesse ut idem ipsum sit illi omnipotentem esse quod omnipotentiam habere et quod non aliud aliquid sit omnipotencia quam divina substancia. Omnipotencia autem ut alias probavimus non potest esse nisi una. Ergo nec divina substancia non potest esse nisi una. Ecce ergo ex eo quod est probabile et theologis certum est necessario colligitur quod querimus, quia possunt esse plures existencie

ubi non est nisi unitas substantiae. Ut autem expressius subtilius adhuc aliquid loquamur, substantiis in rebus naturalibus et creatis diversum est esse et id quod est. Convenit autem quantum ad divinam esse et id quod est. Constat itaque divinam substantiam nichil aliud esse quam substantiale ymo supersubstantiale esse. Substantiale in se tale quid est quod consistit in se ipso. Supersubstantiale magnitudinem et nichil in est velud in subiecto. Timentes itaque ubi non est timor, vere timent, fateri personas secundum substantiam dici, cum persona simpliciter substantiale significaret, nisi aliquid consignificaret, scilicet autem tamen substantiale esse quod aliqua singulari proprietate. Ideo quod fidentur fateri personas in divinitate secundum substantiam dici et substantiam significare et plures personas ibi non plures substantias esse, quia ubi sunt plures tamen et indifferens esse quod differenti proprietate. Unitas itaque ibi est in nota modum essendi, pluralitas autem in nota modum consistendi. Unitas essentiae, quia omni indifferens esse, plures personae quia plures consistentiae. Pie quaerentibus ista ut puto debent sufficere. Nam ut ad plenum in tanta profunditate sibi satisfaciat, in hac vita nemo quod debet cupere vel optare. Notandum autem ergo quod ista consistentia quomodo se habeat una ad alteram. Etenim dubitatur, quod albintra vicissim probatur, quodalia. Nam quod in divinitate optat plures esse, facili probatur quod ratione personae, sed quod possint plures esse in unitate substantiae, longe cum maior quod considerate consistentiae.

Forte aliquis a me optat audire quo optat intelligi vel quo possit concedi quod Greci dicunt tres substantias unam essentiam, quidam tres subsistentias unam substantiam, alii autem tres personas et substantiam vel essentiam unam. Multi dissentiunt et omnino contrarium videtur, quod cum Latini unam in divinitate substantiam, Greci tres esse fatentur, sed absit ab eis diversa credere et hos vel illos infideles errare. Iudicat ergo ubi tonorum varietate intelligenda est unitas una quamvis apud diversos sit nominum acceptio diversa, quod personae ab aliis substantiae ab aliis subsistentiae dicuntur. Ad verbum respice. Videtur et cetera est quod receptio eorum quae eis solent in me dicitur substantiae vel subsistentiae quibus induuntur substantiae. Sermo itaque quod ubique deus, quod Greci essentia praevalet, quia impossibilis est proprietas et in essentia unitas. Personae eius in proprietatis igitur quae personis divinis inesse indubitanter quibus adinvicem distinguuntur in nota non nullam similitudinem eorum quae vacant sibi inherentibus subsistentiis, quamvis numquam proprie substantiae vel subsistentiae dici possimus. Sed cum tres illos in unitate sive dicat personas sive [illegible] sive subsistentiae nichil aliud oportet intelligere quod tantos [illegible] substantiale et subdistinctiva et differenti proprietate. Ideo in omnibus aliud videlicet diversi sub distinctiva non quod distinctiva proprietate ut intelligas quod illi in unitate dicant substantiae vel subsistentiae quamvis improprie. Dicimus quod proprietates personis inesse, sed illarum [illegible] sibi pertinemus non dat subsistere sed consistere, et ideo personae varii divinis consistentiae quod substantiae vel subsistentiae quae non sola divina attendunt, nullam proprietatem inveniunt qua divina essentia differat ab aliqua alia divina, quia non est in divinitate nisi una sola, sed proprietatibus ubi differt una persona ab alia. Non igitur in nota consideratione invenimus quo alia unitate substantiam dicant et ideo cum simpliciter et per se ipse essentia vocant et pluraliter alia [illegible] proprietates insunt, quamvis numquam proprie substantias nominant, et quod in illa essentia increata proprietas nulla inveniunt qua differant ab alia increata, quia ut iam dictum est non est nisi una sola. Inveniunt tamen proprio proprietas in ea per quam differat a qualibet creata essentia, scilicet quod attendentes non solum substantiam sed et essentia nominant. Nomine non subsistentiae quod parva significatur ad personarum designationem sustinuimus. Ut autem vere substantiam et subsistentiam in nota horum acceptionem bene designatam quod substantiam intelligere, quod supremus deus consistentiarum tenentem principalitatem consistentia subsistentiarum quia divina consistentia incommutabilem. Etenim ergo quod ubique quae supremus possum nominare quo in unitate substantiae possint esse plures consistentiae nomine mobiles quo ibi possint esse plures subsistentiae. Non me latet ista subtiliori ratione

dicenti posse parvulis simplicioribus et quibus de sermo debeat sufficere. Illud autem nondum sufficit quod retinendum, ut illos tres quos innuunt sive substantias sive subsistentias sive personas nominare audias, semper substantiam divinam intelligas. Nam in his omnibus quantum ad rei veritatem nihil aliud oportet intelligere quam tres quosdam rationale esse cum differenti et personali proprietate. Constat enim quod ubi ratio non est rationale esse non fieri potest. Convenit autem omni personae hic rationale esse cum incommunicabili proprietate. Ut dicta apud Graecos quam ut dicit Augustinus aliter accipiunt substantiam quam nos. Ex parte Latinos puto nullum novum invenire posse quod possit melius aptari pluralitati divinae quam nomen personae. Et quod fideli animo nihil magis auctoritati esse debet quam quod more omnium sonat et catholica auctoritas confirmat.

[H]ec tenus supra proposuimus prout potuimus aperuimus, similiter quod videlicet ad invicem differant significatio substantiae et significatio personae et quia ratione plures personae consistere possunt in unitate substantiae. Consideremus nunc itaque si placet utrum data illa de persona diffinitio Boetii possit convenire omni et soli. Nam si inventa fuerit generalis et sufficienter data, frustra procul dubio quaeritur alia. Diffinitio autem ut perfecta sit oportet ut totum et solum diffiniendae rei comprehendat. Nam ut quore nomen habeat oportet ut sensus diffiniti fines contendat nec excedat et ut conveniat omni et soli et possit sic ipsa converti. Constat diffinitio Boetii de persona quod sit rationalis naturae individua substantia. Ut ita generalis sit atque perfecta oportet ut rationalis naturae omnis substantia individua sit persona et econverso omnis persona sit rationalis naturae individua substantia. Quaero itaque de substantia illa divina cum non sit nisi una sola, quomodo magis videtur sit individua. Nam quod illa substantia sit quaedam personarum trinitas absque dubio creditur et ut supra est probatum manifeste convincitur. Si ergo substantia divina dicenda est individua, aliqua rationalis naturae substantia erit aliquid quod non est persona. Nam trinitas nec persona est nec persona recte dici potest. Notatur itaque haec diffinitio personae non videtur soli personae convenire. Si non illa substantia non est dicenda individua substantia, constat pro certo quod aliqua alia, sed quod divina quae non est individua substantia. Diffinitio itaque ista personae non potest omni convenire, sive ergo et sive non esse individua substantia divina dicatur. Dicta illa diffinitio generalis non esse deprehenditur.

Procul dubio quod infinitum est digne diffiniri non potest; tamen fortassis ad aliquem divinae cognitionis profectum proveniret si studuerimus quale sit quod dicit de superioribus personae divinae assignare. Juxta illam itaque existentiae significationem quam supra exposuimus non inconvenienter fortassis dicere potuimus quod persona divina sit divinae naturae incommunicabilis existentia. Nomen existentiae ut ex superioribus patet est intelligere, significat quod substantiale quod sit et aliunde quod commune est omni substantiae. Est et existentia generalis quae omnibus substantiis est communis, et est specialis soli et omnibus rationalibus communis, et est specialis solis angelis et solis hominibus substantiis communis. Singularis omnes excludunt in se esse existentiae. Si ergo restringitur divinae naturae additione determinatur. Item in divina natura invenire potuimus, si diligenter consideremus, et existentiam pluribus communem et existentiam soli uni personae convenientem. Et ipso incommunicabilis, quae est pluribus communis excludit in se quod incommunicabilis dicitur. Non inconvenienter itaque dicere possumus ut iterum de divina persona quod sit naturae divinae incommunicabilis existentia.

[A]t si dividuum dicamus tamen aliud quod plures personas, quod aliud quod pluribus substantias potest distribui et a pluribus communiter et singulariter possideri; illud vero dicamus individuum quod non nisi uni soli aptari potest. Sic magnum juxta hunc modum dividuum et individuum volumus accipere, potius fortassis non inconvenienter diffiniri quam quam commune est quod quaelibet certa persona rationalis naturae individua substantia sit, vel quod quaelibet creata persona rationalis naturae individua existentia. Sed ut magis diligentius distinguamus supradictum nomen existentiae, significat substantiale esse et significat aliquid.

quibus pluribus naturis
consistit aliquis
... aliquis ex pluribus personis

pluribus personis ... in unitate substantie
... ex pluribus substantiis in unitate persone
angelica

dubio mota superius data diffinitionem [illegible] aliud videtur ~~dicat~~ dicit substantia. Sed quia ea
principale et conveniens omni substantie est autem et principale non quia est substantie et quia adest
ei velud substantie inherens et individuale quid est, quia consistat in seipso et nulli inhereat velud
in subiecto. Sic itaque tam create quam divine substantie humane angelice et divine. Preterea ergo sane in
substantia tanta dignius et principalius dicatur in quo divine similitudini magis appropinquat
hic in eo ipso quod accidentibus substat ad ima substantia degenerare videtur. Ab eo itaque quod
omni substantie principale est, rationis creatura quod substantia dici potest. Notatur autem ut divine
nomine consistere et quod licet esse in seipso et quod licet esse ab aliquo et ab ipso omni
substantie constat a deo. Nam sive quod est vel est a semetipso vel ab aliquo
alio. Cetera que sunt in eadem descriptione satis ex superioribus patent et non expo
sitione non indigent. Cum videlicet non quelibet existencia sed sola individua vel in

communicabilis ... planius et ad intelligendum ... quod incommunicabili dicatur persona
[illegible] si dicamus quod persona sit existens per se solum iuxta singularem quendam
rationalis existentie modum. Quo quod dicitur existens accipiendum sit satis ex superi
oribus innotuit. Ideo autem per se solum adiungimus quia persona nunquam dicitur nisi
unus aliquis solus a ceteris omnibus singulari proprietate discretus. Sed existens per se solum tam
est omnibus individuis tam creatis quam increatis. Nunquam autem dicitur persona nisi de
rationali aliqua substantia. Ideo ad id quod premissum est existens per se solum adiungitur secundum sin
gularem quendam rationalis existentie modum. Secundum quod et rationalis existentie alius est
tamen pluribus naturis alius est tamen eadem natura pluribus subsistentibus alius omnino
substantiis pluribus personis. Sed personalis proprietas singularem rationalis existentie modum requirit
secundum quem persona nunquam consistit. Ut ergo existens per se solum persona esse possit
singularem aliquem rationalis existentie modum habere oportebit. Cetera vero que singula
accipienda sunt satis ex superioribus patent et ideo in presentis explanacione [illegible]
nere non oportet. Quod sicut pro modulo meo potuimus de presenti questione [illegible]
disputare digessimus. Si quis autem nomine individui, nomine persone, vel existen
tie aliter quam assignavimus accipit et sic acceptum non rationi sed sua aug
[illegible] procedit et ratiocinationis aciem ad deceptiones deducit, sciat quia ad
institutionem nichil agit et si putat agere se ipsum illudit et nescit.

Proprium est divine nature personarum pluralitatem habere in unitate substantie. Contra
rio proprium est humane nature substantiarum pluralitatem habere in unitate persone. Illa
quod humana persona in simplicitate substantie [illegible] non de natura ipsius co
[illegible] sed de conditionis ipsius corruptione [illegible] descendit. Nam [illegible] sicut
[illegible] divina atque humana, quo una alteri videtur opposita. Quibus
itaque duas ex opposito altrinsecus respicientibus et velud contrarium sibi in
vicem respondentibus angelica proprietas velud media interponitur et altrinsecus simili
tudine quadam videtur ambabus coniungi. Tam enim quam divina nunquam habet substantiarum plu
ralitatem in unitate persone, tam enim quam humana nunquam habet personarum pluralitatem
in unitate substantie. Est quo angelica proprietas velud proportionali quadam ratione
[illegible] differentia in una armonia componitur. Quamvis diversis sententiis nonnullos
de angelis aliter sentire [illegible] sit usque hodie qui putant eos corpora habere. Sed si in
[illegible] queritur subtilius et indagaverit indaginis humane [illegible] ut credimus, certius
inveniet. Sed nemo sanus sapiens inficiari audebit quod rationalis nature proprietas tanto
sublimior tanto dignior sit quanto ad incorporee et summe simplicis nature
similitudinem vicinius accedit. Sed nemo autem negat creaturam incorpoream et ab omni

Marginalia: quinimo ... divi[na] — nota — persona — persona describitur ... — persona ... — 8 — personalis proprietas — pluralitas divina — ... humana — angelica proprietas — rationalis nature proprietas tanto sublimior

in corporea conditionis adhesione aliena ad divinam simplicitatem spiritales sive celitudine magis appropinquare familiarius inherere. Quam tam naturam que et corporea et incorporea substantia componit et ad unius persone singularitatem conductibus contextus coniungit, absque dubio optimi generis contemperatio est. Quod constat in sola et simplici puritate spiritualis nature. Ergo est incomparabiliter quanta quam corporis effigies sine capite hoc modo comparatione divina benignitatis fabricata sit optimo genere contemperatio. Radix illud accedit quod superioritatis angelica conspectu discernit. Etenim tibi queso videtur ordo decorus quod summe capitis disponi quaeruntur. Si in illa natura tantum divine videlicet angelice et humane dicatur duarum specierum toto animo protractum oportet. Illa ibi media intervenire. Cum vero dicatur quod duas optimas tria intercidat et altissima sic [illegible] alternatim quieta deum congregare in una armonia componat.

Hec sic demonstrationis ratio documento sit ad hoc aliud forte suspicio. Attendat quid sibi persuadere debeat Augustini testimonium Sermone quo dicit: innotuit quod deus ab uno homine legionem demonum eiecit. Continet autem una legio sex milia sexcenta sexaginta sex. Si tot ab uno homine eiecti sunt tot in eo cum essent sunt. Si demones corpora habent ubi queso in eo sunt in corpore an in spiritu. Constat autem homine corporis magnitudinem latitudine altitudine locales [illegible] dimensiones habet, et corpus sine locali capacitate subsistere non valet, qualis quando spiritus omnino non habet. Ergo non in spiritu sed in corpore fuerunt. Sed quo illa qua hominis parte tot corpora continere potuerit? Sed dicis forte quod angeli spiritus tam boni quam mali subtilia corpora habent. Sed quantumcumque subtilia duo corporum [illegible] corpora unum eundem locum occupare non valent. Unde ergo queso corporeitatis substantias angelicas corporis esse sed [illegible] vel sola hominis parte corpori detracta tot angelica corpora possit complecti. Sed tandem [illegible] cum isto animo [illegible] evagati sumus. Contentus autem pio et simplici animo debet et posse sufficere ea que dicta sunt de composita quo quomodo videlicet nichil dissonat dum quod liberum [illegible] et unitate retractari.

~~Capitula libri quinti~~

Quoniam iam constat de divine substantie unitate et personarum pluralitate, constat et de concordi unitatis et pluralitatis admirandi beatitudine super est de personarum proprietatibus querere. ~~Quod congruit convenientie nature ut sit aliqua persona~~

Quod iocundissima personarum communitas non possit deesse in summa simplicitate vel ordinatissima conspectatio beatitudinis in summa pulcritudine.

Quod congruit rationi nature ut sit aliqua persona que sit archetipa tamquam ab alia aliqua.

Quod non possit nisi una sola persona que sit archetipa.

Quod due in divinitate persone habeant aliunde quam archetipis esse innata tantum conficiendi modum cum est ab ea vel tamen archetipo.

Quod processio persone de persona alia sit tamen immediata alia tamen mediata alia mediata et immediata simul // // ab una sola.

De processione tamen immediata et quod oportet in divinitate esse personam que sit de processione que immediata simul et immediata et quod oportet in divinitate esse personam que sit agonima. Quod processio que sit ad aliquam personam tamen modo mediato non possit esse in divina natura.

Quod in divinitate non possit esse plusquam una que sit ab una tamen modo persona vel nisi una sola que est non nisi agonima. Quod oportet quod in divinitate sit persona a qua non sit alia aliqua tamen eadem non sit agonimpa.

Quod non possit esse nisi una sola in divinitate persona a qua non sit aliqua.

Quod oportet ut in divinitate talis persona conspiciatur que ab alia procedat et de se procedentes habeat.

i
ii
iii
iiii
v
vi
vii
viii
ix
x
xi
xii
xiii
xiiii

preter ceteris avibus in altum volat pullos suos ad volandum provocat. contra claritatem solis
irreverberatis oculis aspicere cogit. volucres innuit volucres ciconie. Aquila ceteris avibus
volat. sic prelatus ceteris desideriis elongat pullos suos ad volandum
provocat. quia subditos sibi ad bonum operandum verbis et exemplis invitat. claritatem
solis irreverberatis oculis contra pullos aspicere cogit. dum ad contemplandam
divine lucis claritatem mentes discipulorum trahit. Volucres innuit. quia eos qui
divini verbi desiderant verbo doctrine pascit. volucres ciconie. Filios enim qui attollere
dei oculos gaudent et plenius arguendo predicat. Grues vero et anseres sunt dominis
subiecti ordines qui in volando ordine servat et gregatim volat. illos significat
designat qui certitudinem iusticie tenent et correctus sancti. longas
tibias et longum collum grues habent sublevant actiones et sermonem divinis
tenet. Sed et anseres que garrule sunt. aves illis assimilari possunt qui
cum in quibusdam ordinate incedat. sermonem tamen virtute negligunt. quia se
se ipsos lacerant et reclamant quia detrahendo sese invicem convicijs le-
dunt et quorum pro affectu mentis maledictis conspirant. Sunt volucres et reptilia
media sunt maiora quadrupedia que aliquantulum in altum se erigunt non tamen
longe alta recedunt. Moribus hominum desiderium videre simplicioribus assignari possunt
quia cum hiis tamen in loquendo spiritales tamen in mentibus obsequium prebent. In quibus
vero carnium concupiscentias inferior prevalet communiora sunt ut reptilia que pectore
et ventre repunt quia voluntate cordis et voluptate carnis terrenis de-
sideriis se coniungunt. quorum que superiora illis continuatis carnium sunt. agili-
ora sunt ut serpens que medium innuit ut bufones que inferiora tardiora
ut testitudo. sicut autem hec reptilia humanis venenum et aculeum designant
significat serpens bufo et testitudo quasdam dignitates hominum qui continuentur
in immundis. Serpens malicie astutias bufo elatos testitudo desidiosos. sicut desi-
diosi humum terrene detractionis elati venenum humane detractionis astuti aculeum
pungunt in vectionis. In quibus vero communiora preminet superbia magis sunt pedestra
et lucida cum sunt communia quedam communiora quedam communissima. Terrana sunt ut
pisces communia ut herbe et arbores communissima ut metalla et lapides. pisces
assidue in aquis et luto latent. herbe et arbores sunt radicibus inherent
lapides et metalla nisi abstrahant alicui substancia latent. Quasi pisces
sunt in aquis qui in fluctuationibus seculi cogitant tamen. Sunt et alij quasi
herbe et arbores terrenis desiderijs terrene cupiditati tamquam radicibus adhe-
rent. lapides vero et metalla sunt dura et incorrigibilia carnalium corda

~~De quatuor virtutibus humane complexionem ministrantibus~~

Docet phisica quatuor esse virtutes humane complexionem ministrantes. videlicet
appetitiva retentiva. digestiva et expulsiva. Appetitiva ministrat virtuti pascitive
virtus conpascitiva. ministrat generative. Sicut cito enim puer nascitur mater e-
ius lacte nutrit donec per incrementa temporis pasti valeat fortioribus alimentis.
Puer igitur lacte nutritur quociens de humilitate christi nomine consilio erudiet.
De hoc significat verbo abstracto de summi divine pietatis formant cominuendum me-
lat ve humilitate. donec illo pane caritatis possimus presumere de quo si assi-
due vesci studeas ambo potes superari. Caritas cum omnia suffert. omnia
sustinet. ita ut complexione mentis forti et in columine consuet. Est
enim diversitas inter delicias corporis et delicias cordis. Primus cum cor-
poralis cibus in presenti non habetur cum desiderio carnis affectus creatur. Cum vero
habetur et comeditur. comedendo ad fastidium per saturitatem devenit. Sed
econtra cibus spiritalis cum non habetur fit vilis. cum vero acomodere percipit maiori
desiderio gustatur esuri. In corporali igitur cibo saturitatem. saturitas fastidium
generat. In spiritali vero appetitus saturitatem. saturitas desiderium prestat. In corpora-
li saturitas nocet. fastidio displicet. In spiritali non saturitas generat nec

Trumulus ut aquila
prelati in corde similes

Trames. Grues

Virtutes humane
complexioni ministrantes

Caritas

Duo delicias
cordis et corporis

Appetitus

desiderium creat. Est itaque cibus mentis verbum dei quod dum sensus ordinate ingre-
ditur statim subtilitate complexionis in volumine stat. cibum ergo doctrine animus
appetit dum verbum predicationis libenter audit. appetit et retinet dum quod audi-
erit pectoris involutum medie retentum iacet. appetit retinet et digerit
dum quod acceptum et retentum sit in diversas species. in bonos mores convertit
Nec tamen appetit retinet et digerit sed est completum si ea que sunt moribus non conve-
niunt respuere nomine. Cibus enim intus remanens quod complere debeat ad bonum digestionem
corruptus prestat. Sed certe sunt quidam qui ullum cibum appetunt sed omnes
fastidiunt. Sunt alii qui quoslibet cibos appetunt sed digestos acceptos ejiciunt.
Sunt et alii qui appetunt et retinent sed nullam propria digestione
sicut. Sunt etiam quidam qui appetunt retinent et digerunt. Sed
complere debeat constrictio nature non complent. Sunt qui cibum doctrine non appe-
tunt sed fastidiunt dum vitae necessariam possunt. Ecce quis dicit Omnem
escam abhominata est anima eorum et appropinquaverunt usque ad portas
mortis. Qui cum audit vertitur verbum predicationis iam ad ingressum
festinat eterne dampnationis. Sunt autem appetunt nec retinent predicto illo
alienare medie lascescunt mentis stomacho dum languet. Sunt alii qui
appetunt retinent sed propria non digerunt quia quod vetus medie retinuit
in bonos actus non convertunt. Sunt autem non compleunt quod debeat com-
pelli hii sunt qui sunt moribus quod non conveniunt incorporant sibi. Dum igitur
per sensus suo ordine non insistunt a statu sue incolumitatis nature
mutat. Notandum est quod quatuor per ... quatuor elementis conforme
sibi sunt. Cum enim elementa coniungunt in aliquo corpore habitacula media humi-
ditatis et ignis calore et siccitate sic virtus appetitiva terra frigida et sicca retentiva
aer calidus et humidus digestiva aqua frigida et humida expulsiva. virtus
contingit ut complexionata sua ignis concitabat. complexionata sua terra frigida attrahit
retineat. complexionata sua quod terra retinuit aer dissolvat. complexionata sua
aqua quod aer dissolvit emolliat. Considerandum est sicut supra dixim(us)
signorum significatio intelligentie claritatem operatam mentis puritatem
paterna vite puritatem per aqua discretionis nobilitate. Cum enim intel-
lectus ardens sensu sit successivus celestia cogitat spiritualem appetitum inme-
...at et fit desiderium in corde hominis ut anima cibum querat sive consola-
tionis. Ubi autem appetitus in intellectum conversus stabilitas animi sum-
ma custodit et quod animus sumit conservat pietas mentis per bonos mores fide-
liter ordinat. Quod non sunt moribus non conveniunt discretio separat removet
et complet et sic accompanato animus non recedit. sed temptamenta suas
per morbos non succumbit. De medico et de modis signorum

Oportet medicum quam prosperam esse ut non solum de presentibus sed etiam de preteritis et
futuris possit mederi. ut preteritam cognoscat infirmitatem et infirmitatis
occasionem. ut sciat que sit morbi materia vel quis humor sit in
causa. ut tamen per previa signa cognoscat morbi finem mortem vel
salutem. Sunt enim xv. modi signorum. bonum vel malum significantium
quos Ypocras in pronosticis concedat. et de quibus in eodem libro plenarie
tractat. Primus modus est fortitudo infirmum morbum suum facile tolerantis
Contrarium eius debilitas infirmum morbum pati nequentis. Secundus levitas
infirmi facile se moventis. Contrarium gravitas infirmi inherentis et pigri
motu. Tertius effigies medicorum sibi suo similis. oppositum eius
habitus medicus effigiei non sibi sano similis. Quartus sanitas mentis et fa-
cilis appetitus. oppositum eius perturbata mentis et difficilis appetitus. Quintus
bonitas sompni in tempore congruo. scilicet infirmum iuvantis. oppositum eius
malicia sompni non in congruo tempore facti infirmo nocentis. Sextus
spiramentas spiritus. oppositum eius angustia spiritus. Septimus equalitas

complexio naturalis sanitatis. Oppositum eius inequalitas ut modo sit magnus modo parvus, modo fortis, modo debilis. Certans fortitudo virtutis in dolore detectionis. Oppositum debilitas virtutis in dolore detectionis. Nonus laudabilis purgatio consuetudinis ut est urina. Oppositum eius intrupabilis purgatio. Dicit ergo Hugo superius divinus oportet medicum circumspectum esse ut non solum de preteritis sed etiam de presentibus et futuris possit meditari. Medicus est quilibet prelatus qui sicut medicus infirmos debet spiritualiter curare subditos. Sicut morbus in carne sic peccatum in mente. Oportet igitur ut spiritualis medicus attendat peccati materiam, attendat et causam, ex qua multiplici oratione procedat, et ad quid tendat, ut destruat eam. Subtrahat paulatim materiam. Utrum ex se peccatum processit an ex alio processit. Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava, ut subtrahat occasionem, sed ex peccat pestem sanam ne contagio serpat et ut ait beatus Augustinus contagione pestifera plurimos perdat. Oportet ut medicus perpendat ex egri facie signa conscientie. Unde ypocras in pronosticis: Primo inquit egri faciem notabis. Pronostica nota ypocratis quem iterum interpretatur pronostica future rei significationes. Ipse dicit presentis non et future infirmitatis. Ypocras quem iterum dicit equus temperate nature appellatus dicitur esse. Unde est cum impare quietus et ad bella paratus. Hoc est tamen ut equus regat. Habemus similiter quod est ut spiritualis medicus in debet quilibet prelatus animum interioris hominis habens regat dispositionis. Hec sit moderatio equalitas attendat morbo dissolutionis inveniat. Unde de illo summo medico dicit: Equitatem vidit vultus eius. Equitatem vidit quia omnem temperatum diligit. Equitatem vidit quia eum diligit qui in proposito bone operationis manet. Equa enim est via domini. Equitas mentis est temperamentum mentis. Et David: In equitate tua vivifica me. Equitas mentis iustificatio anime et cetera.

Est autem primus modus signorum boni vel mali significativus. Fortitudo modo infirmi sive morbum facile tollerant. Vel debilitas infirmi sive morbum pati nequiens. Infirmat qui temptatur, moritur qui desperat. Licet aliquis patiatur, si tamen adeo fortis remanet ut a bono opere non cesset, signum est bonum fortitudinis infirmi. Si autem adeo fuit eger animus debilis ut cesset ab effectu bone operationis, signum est mortis et future dampnationis. De secundo modo.

Secundus modus lenitas infirmi facile se movens vel gravitas infirmi mentem motu. Cum homo interior aliqua temptatione afficitur adeo lenis est ut facile convertatur, recuperande salutis spes habetur. Si non tanta gravitas infirmi ut obstinatus nequeat converti, aperto signum est mali. Sequitur de tertio modo.

Tertius modus effigies membrorum sibi sano similis vel distortio membrorum effigiei non sibi sano similis. Effigies mentis est interioris hominis compositio morum et in membris operationis distortio actionum, quam est sibi sano similis cum sunt actiones secundum temperamentum religiose mentis. Tunc illo non est sibi sano similis quod vacat propter opera pietatis. Sequitur de quarto modo.

Quartus modus est sanitas mentis et facilis appetitus vel turbatio mentis et difficilis appetitus. Sane mentis esse dicitur qui a rectitudine consilii non alienatur. Facile non cibum appetit qui verbum vite, quod est cibus anime, libenter audit. Est autem turbate mentis et cuius est appetitus difficilis si cibum vite non appetat sed fastidiat. Hoc est ut mortem proxime dampnationis minetur. Sequitur de quinto modo.

Quintus modus est sanitas sompni tempore congruo facti infirmi vel malitia sompni non congruo tempore facti infirmo nocet. Tempore congruo dormit qui dormit in nocte, id est qui tranquille mentis est in adversitate, in hac quiete dum sompniat et huius sompnus infirmum iuvat. Dormit non in congruo tempore qui dormit in die, id est qui delectatur in mundana prosperitate. Hic enim sompnus quanto magis placet tanto magis infirmo nocet. Sequitur de sexto modo.

Sextus modus est sanitas spus vel angustia spus / sanitas spus i. amplitudo spus est signo consolationis ut tu leniate corripiat scm . Angustia vero potentia. Sequitur de septimo modo.

Septimus modus est equalitas pulsus vel similitudo. vel inequalitas pulsus ut modo sit magnus. modo parvus. modo fortis. modo debilis / Arterie pulsus equalitas pulsus materius vite. tunc perdites motus inequalitas pulsus variat. et sic inequalitas mentis designat periculum mortis. De octo modo

Octavus modus est fortitudo virtutis in loco decoctionis vel debilitas virtutis a loco decoctionis. Primus decoctionis locus est stomachus. Hepar secundus. cetera membra tertius. Cum enim cibus anime recipit in stomacho mentale precordationem in talem operatione perditionem mentis membris separatum. tunc fortitudo virtutis est in loco decoctionis. Si non sequitur debilitas virtutis signum est mortis. De ix modo

Nonus modus est laudabilis purgatio per sudorem. vel vituperabilis purgatio per sudorem. sicut in quibusdam infirmis accidunt calamis post ut per sudorem fiat purgatio morbi. Sic per confessionem peccati fit laudabilis purgatio anime laudatur et sudor mediocris si fiat in omnibus membris. tunc enim sudor a toto corpore omnium membrorum fortitudinem quod est signum boni designat. Similiter oportet ut sudor confessionis fiat de peccato cunctis operationibus / tunc aut sudor fit tantum in quadam parte corporis velut cum capite contingit cum modo debilitate. Moraliter per capud intelligimus animum per capud intentionem per reliquum corpus actionem sequitur distributionem per sudorem confessionis. Cum aliquis intentionem laudat sua opera que male gessit confitetur et excusat. credit est vituperabilis. Huius purgatio sudoris est sudor confessionis porcis non aperit quas excusatio clausas per obstinationem stringit

Caput meum doleo. Caput meum doleo. Caput

De dolore capitis

Hominis est principium mentis. Dolor vero capitis est appetitus mundane felicitatis. Sine ideo dolor esse dicitur. quia quando tu doloris possidet tu timor amittit tu movere per quod non possumus intelligere puritatem cunctis pontetur anime puer igitur capud suum dolet. Dum puritas aie de transgressione ponitetur Sed postquam puer bis caput suum doluit dum puritas anime de delectatione et consensu peccati floruit. Cum etiam dolor eius inquit David in caput eius. Dolor capitis est appetitus nimie cupiditatis. Cum dolor in capite eius convertit qui meo desiderio recte temporalium amore teneat. Ecce inquit parturit iniustitiam et concepit dolorem et peperit iniquitatem. Concepit dolorem mali desiderii in cogitatione parturit iniustitiam tamquam mundum fiam in locutione mala quando possidebis. peperit iniquitatem in operatione. Sicut aut dolor aliquando nascitur ex timore aliquando ex calore. Calor est nimie cupiditatis avidi. Ut igitur sanus fieri debeas. morbi materiam subtrahe non obmittas / Dispersit inquit dedit pauperibus Cum pauperibus ubi tu temporalis commodi temporalis retributionis querit Sed igitur largiendo que possides contempseris mundi amore cupiditatis nimium eius appetitum. Hic tamen materiam morbi subtrahes. Sed et oleo rosacco unges huius signum oleum frigide nature dicitur esse. Rosaceum vero oleum est timor martirum. Cum enim calidas passiones legis oleo rosacco caput unges Sed cum oleum infundas oportet caput radere i. superflua resecare. et sic materiam morbi destruis. et somento frigidi olei sudorem caloris primus. Finge igitur estuantis que umbram divine protectionis roga summum medicum et dic. Domine domine virtus salutis mee obumbrasti super caput meum in die belli. Ne tradas me a desiderio meo peccatori. Appetitus nimius affectus suscitat protectionis. Virtus mea salutis mee. Ipse enim cunctis hominibus dat virtutem salvandi. Ipse est refugium et virtus adiutor in tribulationibus que invenerunt nos nimis obumbrasti super caput meum in die belli. Dies belli est prosperitas mundi que

dies belli esse dicitur quia caro adversus spiritum in eo fortiter pugnat. et inferiores
alter ab altero superatur. Calor diei est calor desiderii mali. Imponit igitur capiti
i. menti suum medicus umbram i. patientie protegentis sustinentiam. Ne nimis
calor mali desiderii mentem gravet. Ne ab affectu suo iustum pectus consumet.
Dolor est capitis ex timore nascitur. quotiens ex simulatione boni operis animus
gravat timor. Siquidem capitis est claritas mentis. et qui oderunt te extulerunt
caput. Extollentia capitis est superbia mentis. Illi enim oderunt te inquit. Illi
oderunt non obediunt. Illum autem diligit liber obedit. Unde si quis diligit me
sermonem meum servabit. Exhibitio igitur operis est indicium dilectionis. Oportet ergo
oleo violaceo caput ungere ut possis calorem timoris mitigare. Viola enim humilis
herba que dum de terra nascitur non procul a terra proceritate separatur. Oleum ergo
humilitatis placat superbiam mentis. Caveat tamen ne oleum peccatoris impinguet
caput tuum. Oleum peccatoris est blandimentum adulationis. Hoc autem oleum timorem
capitis non destruit sed auget et nutrit. Ut autem ad plenum sanare possis timoris
morbum habe tecum Salomonis oleum. Ait enim oleum de capite tuo non deficiet
unguentum [?] non deficiat oleum de capite i. caritas de mente. De ~~dolore capitis~~

Convertitur dolor in caput eius et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Superius diximus caput interioris hominis esse mentem. Hunc autem verticem
capitis pessimus appellat mentis rationem. Sicut enim vertex capitis in dex-
teram et in sinistram partem capillos dividit. Sic ratio mentis bonas et ma-
las cogitationes discernit et dividit. Igitur iniquitas eius descendit. Cum
malitia peccati rationem subitam premit. Est et infirmitas capitis quam medici solent
[?] ut caput in duas partes videatur scindi. In duas partes caput scinditur
cum ratio mentis ad diversa partitur. Oportet autem si huiusmodi infirmitas contingat aliquem
ut caput infirmum vitta i. rubeo panno imbutam [?] stringat. Caput igitur vitta vel
panno stringit cum mens vitta i. doctrina corrigendi ligat. Hoc enim medicamen
agit ut mentis ratio ad unum colligat. Unde et psalmista Verumtamen deus con-
fringet capita inimicorum suorum v. ca. p. in d. s. Capita inimicorum sunt mentes
superborum. Vertex capilli est versutia quorundam in disputatione subtilis. Que
ideo vertex capilli esse dicitur quia per similitudinem subtilitati capillorum mo-
ralis comparatur. Cum autem mens perversitas questiones sophisticas lites generant
sed ut dicitur lis plurima dividit. Oportet autem ut huic infirmitati apolimine me-
dicine desistat. Quam huiusmodi morbus velut cancer serpit. Unde Paulus dicit ad Thi-
motheum prophana autem et inania devita. multum enim proficiunt ad impietatem
et sermo eorum ut cancer serpit et medicinam. Stultas autem et sine disciplina que-
stiones devita sciens quia generant lites. Servum autem domini non oportet litigare
sed mansuetum esse ad omnes. Solet autem infirmitati capitis dolorosum nocere
multiloquium. Sed in sermone potest possis prestare remedium per electuario oris
cuius impone silentium. De ~~capillis cadentibus~~

Capillus ex nimio grosso et calido nascitur et ex pinguioris intensis est
humoribus quo crescente crescit et capillus ut patet ab ipso initio. Huic
simile qui perdidit et capillos perdit pro qualitate ergo humoris crescunt ca-
pilli sicut in herbis videmus. Oportet humore vel siccitate intestinis vel aug-
mentantibus. Et si humor omnino deficit perimit in hominibus capilli et fiunt
calvi quibus nulle medicine quoniam nunc amplius come crescunt. Sed at
humor optatus non amittat sed solum ex aliquo humore inficiat infirmitas
quedam nascitur que alopicia vocatur. Hic autem morbus alopicia ideo
dicitur quia vulpes que grece alopades nuncupantur hoc sepe patiuntur. Hic
superius diximus mens est caput interioris hominis. Capilli vero capitis sunt

de timore
de calore [?]
de oleo peccatoris
timor
de oleo salomonis
de vertice
de divisione capitis
[?]
de ... [?]
de lite
de capillus [?]
de calvis
de alopicia

distracte cogitationes mentis prodeunt aut fumus. Moraliter concupiscentia terrena et sitim febribus. De fumo capilli cotidie crescunt qui caput tegunt et concupiscentia distracte cogitationes prodeunt que secretum mentis abscondunt. Qui autem hoc fumo caret calvus fiet. Similiter animus qui agendi providentiam non habet calvus apparet. Hic distracte cogitationes mentem cooperiunt sed que interius latet operibus in decentibus aptum reddunt. Nulle igitur medicine prevenunt ubi distracte cogitationes desinunt. Si autem fumus ex toto non amittatur sed solum ex aliquo humore inficiatur et infirmitas nascitur que alopicia vocatur. Ex calore cutis ipsius loci potest cognosci ex quo humore hec infirmitas oriatur. Si enim citrina est calida et sicca vel dubitamus ex colera orta esse. Rubea sicut enim in passionalis legitur oportet in iura balano citrino viola absinthio et huius similibus mederi. Mirobalani orientales ... insunt. Viola est herba humilis. Absinthium est amarissimum. Hec enim et his similibus providentia mentis iuvat ut capilli i. cogitationes distracte crescant vel desinant. Oportet enim ut oculus cordis peccati morbum diligenter inspiciat. Similiter consistodiis amare penitentia. Hec autem medicamine facies ut inchoant capilli capitis i. pravide cogitationes. De capitis signis. Capilli quoque desinunt et in terram inferiam cadunt et hoc fit quotiens cogitationes mentis terrenis inherent et terrena concupiscunt. Iudicatur vero capiti quotiens inherent divine maiestatis contemplationi. Hinc in canticis dicitur Capilli tui sicut greges caprarum. Per capillos intelligitur subtilitas cogitationum comparata capris que ad excelsa tendens et si temporalia astringit necessitate non tamen recedit ab eterna intentione. De dolore frontis

Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere et adversare mulieris propheta loquitur, et ea que loquens dolens tangere videtur. Per eam siquidem animam sine dominis intelligitur que domini inde deficiens fronte pudicicie simplicitatis velamine tegere consuevit. Si autem per peccatum eiusdem advenit per imprudentia frontis desto operta gerit. Set que prius iuste nupsit absque simplicitatis velamine scortum prodire non cessat. Etsi in religione aliquem contingat quantum tamen cultor secularibus mutamentis postat. Donato enim gradus altior tanto casus gravior. Hinc vero per ysaya de erubescere Sydon ait mare. Hinc quoque per locus mare ... seculari confundit. Altero religiosorum. Hinc domini illi ultra habitu assumunt opera et isti inepta ordinis proprii contituat corda. Insinuatione quippe signatur stabilitas religiosorum in mari non mira seculari. Si ergo Sydonem mari ad verecundia Sydon adducit. Qui per comparator inter seculari religiosorum qui ... et qui stables tamen in ita reprobat. Noluisti inquit erubescere. Erubescere noluit qui penitere recusavit. Rubor igitur frontis est pudibus penitentis. Si quis igitur abhorrat infirmitate tanti dessudat necesse est ut emplastrum verecundie fronti supponat. ~~Explicit liber de medicina animae~~ per manus N. de C.

~~Incipit liber hugonis de tribus diebus~~

fiat

Verbum bonum et vita sapiens que mundum fecit contemplato mundo conspicit et verbum ipsum videri non potuit et fecit quod videri potuit et visum est. ... Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Tria sunt invisibilia dei potentia. Sapientia. Benignitas. Ab his tribus procedunt omnia. In his tribus consistunt omnia, et per hec tria reguntur omnia. Potentia creat. Sapientia gubernat. Benignitas conservat. Que tamen sicut in deo ineffabiliter unum sunt, ita in operatione omnino separari non possunt. Potentia per benignitatem sapienter creat. Sapientia per potentiam benigne gubernat. Benignitas per sapientiam potenter conservat. Potentiam manifestat creaturarum inmensitas. Sapientiam decor. Benignitatem utilitas. Inmensitas creaturarum in multitudine et magnitudine. Multitudo

de capillis

de infirmitate capitis

de fronte

fiat

invisibilia dei ca

ad Ro 1.

in similibus, in diversis et in permixtis. Magnitudo est in mole et spacio. In mole, id est massa
et pondere. Spacium est in longo, lato, alto, profundo. Decor creaturarum est in situ et
motu, in specie et qualitate. Situs est in composicione et ordine. Ordo est
in loco et tempore et proprietate. Motus est quadripertitus, scilicet localis, naturalis,
animalis et racionalis. Localis est ante et retro, dextrorsum et sinistrorsum,
et deorsum et circum. Naturalis est in incremento et decremento. Animalis est in
sensibus et appetitibus. Racionalis est in factis et consiliis. Species est forma visi-
bilis que oculo discernitur, sicut colores et figure corporum. Qualitas est proprietas
interior que ceteris sensibus percipitur, ut melos in sono auditu aurium, dulcor in
sapore gustu faucium, fragrancia in odore olfactu narium, lenitas in corpore
tactu manuum. Utilitas creaturarum constat in grato, apto et commodo et necessario.
Gratum est quod placet. Aptum quod convenit. Commodum quod prodest. Parti-
ciones a principio repetamus. Necessarium est sine quo quid esse non potest.
Nunc propositas particiones a principio repetamus, et in uno quoque divisionis que-
qualiter vel quomodo immensitate creaturarum creatoris manifestetur potencia, vel quomodo decore
sapiencia, vel utilitate benignitas [commendetur] comprimamus. Et quia immensitas prima
fuit in particione, prima esse debet in explanacione.

Diligenter igitur attendite et considerate que dicturi sumus. Numquid nichil erat
facere ut aliquid esset, qualis erat potencia? Numquid scis potenciam comprehendere
que tanta sit de nichilo aliquid facere? Et si aliquid facere, et unum aliquid
facere quis comprehendit? Si ergo unum aliquid quantumlibet parvum de nichilo facere
tanta potencia est ut comprehendi non possit, quanta estimanda
est potencia tam multa facere et tam multa quot sunt? Numera stellas celi,
arenam maris, pulverem terre, guttas pluvie, pennas volucrum, squamas
piscium, pilos animalium, gramina camporum, folia et fructus arborum et ceterorum
innumerabilium innumerabilia numera. In innumerabilia in similibus, in numerabilia in
diversis, in numerabilia in permixtis. Sunt similia que sub eodem genere
continentur, ut homo unus et alter, leo unus et alter, aquila una et altera,
honocrustupia una et altera. Hec singula et cetera talia in suis generibus similia
sunt. Sunt diversa que dissimilibus differenciis informantur, ut homo
et leo, leo et aquila, aquila et honocrustupia. Hec inter se diversa sunt.
Sunt permixta omnia simul considerata. Tot modis ergo infinita, quot
modis in diversis infinita, quot modis in permixtis infinita. Unde homo
unius generis est, sed unus homo non est. Quis eos numerare potest? Leo
unius generis est, sed unus leo non est. Quis eos numerare potest? Aquila unius
generis est, sed aquila una non est. Quis eas numerare potest? Cetus unius gene-
ris est, sed unus cetus non est. Quis eos numerare potest? Et ita in ceteris innumerabilibus
innumerabilium rerum generibus. Infinita rerum genera et in singulis generibus infinita
similia. Simul non omnia infinita innumerabilia.

Sed fortasse qui tot fecit parva fecit, simul multa et magna facere
non potuit. Quia tu metire moles moncium, tractus fluminum, spa-
cia camporum, altitudinem celi, profunditatem abyssi. Miraris quia deficis,
sed melius deficiendo miraris. Meditationibus de creaturarum immensitate quasi semi-
narium quoddam iecimus. Nunc ad contemplandam earum pulchritudinem transea-
mus. Quam multis ac variis modis creaturarum pulchritudo perfecta sit. Quatuor
tamen precipue sunt in quibus earundem decor consistit, hoc est in situ et mo-
tu, in specie et qualitate. Nunc quis investigare possit, sufficiet? In [talibus]
mei[s] sapiencie dei lucem inveniet. Et utinam ego tam possem subtiliter perspicere,
tam potenter enarrare quam possum ardenter diligere. Delectat enim me quia
valde dulce et iocundum est de hiis rebus agere, ubi simul et racione eruditur
sensus, et suavitate delectatur animus, et emulatione excitatur affectus,
ita ut cum psalmista stupentes et admirantes clamemus: Quam magnificata

ficata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Delectasti me domine in factura tua et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hec. Universitas

ꝗ liber ʒ mundus

enim mundus iste sensibilis quidam liber est scriptus digito dei, hoc est virtute divina creatus, et singule creature quasi figure quedam sunt non humano placito invente sed divino arbitrio institute ad manifestandum et quasi quodam modo significandam invisibilem dei sapientiam. Quemadmodum autem si illiteratus quis apertum librum videat, figuras aspicit, set litteras non cognoscit, ita stultus et animalis homo, qui non percipit ea que dei sunt, in visibilibus istis creaturis foris videt speciem set non intelligit racionem. Qui autem spiritualis est et omnia diiudicare potest, in eo non quod foris considerat pulcritudinem operis, intus concipit quam miranda sit sapientia conditoris. Et ideo nemo est cui opera dei mirabilia non sint, dum in eis et insipiens solam miratur speciem. Sapiens autem per id quod videt foris profundam rimatur divine sapientie cogitationem, velut si in una eademque scriptura alter colorem seu formacionem figurarum commendet, alter vero sensum laudet et significationem. Bonum est ergo contemplari assidue et admirari opera divina, sed ei qui rerum corporalium pulcritudinem in usum novit vertere spiritualem. Ideo et idcirco scriptura tanto opere ad considerandum mirabilia dei excitat, ut per ea que foris cernimus intus ad cognitionem veritatis veniamus. Unde psalmista quasi pro magno aliquo se iam et hoc fecisse commemorat et adhuc facturum promittit dicens: Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis et ammonicionibus tuis exercebar. Sunt

glorium

est contra quibusdam ignorantibus creatorem suum et cultum deo debitum nolentibus exhibentibus in Ysaia dicitur: Quis mensus est pugillo aquas et celos palmo ponderavit? Quis appendit tribus digitis molem terre et libravit in pondere montes et colles in statera? Qui sedet super gyrum terre et habitatores eius sunt sicut locuste. Qui extendit velut nichilum celos et expandit eos sicut tabernaculum. Et psalmista item in quodam loco cum arguet ydolatrarum cultores ait: Omnes dii gentium demonia, dominus autem celos fecit. Quid est ergo quod putatur quasi in assercionem vere divinitatis opera dei ita in medium deducuntur et dicitur: dominus celos fecit? Dominus celos fecit, nisi quia creatura vere considerata homini creatorem suum ostendit. Consideremus ergo et nos quanta sunt mirabilia dei et pulcritudine verorum conditarum, quamvis pulcritudo

ꝗ pulcritudo

pulcrarum omni pulcritudinum quam tam mirabile et ineffabile est ut omnis pulcritudo transitoria et si vera sit comparabilis ei esse non possit. Et quia superiorem pulcritudinem in visibilibus in quatuor constare dicimus, hinc ordine per singula currendo qualiter corporis in visibilibus dei sapientia elaceat videamus. Dico enim quod in numero et quantitate dicimus, set in celestibus non est ut ideo omnia creaturarum cognicio perspicit. Ubi si fieri posset maxime deceret loqui deberemus. Consistunt ergo quatuor dicimus: situm, motum, speciem et qualitatem. Primum ergo primo distinguamus.

ꝗ composicio

ꝗ aptitudo

Situs est in composicione et ordine, id est in componere et disposicione. Composicio duo habere debet, scilicet aptitudinem et firmitatem, id est ut componenda apte et competenter locantur et composita firmiter coherent. Laudabilis est composicio talis. Aptitudo consideratur in quantitate et qualitate, in quantitate ne nimis tenuia et corpulenta grossis *(z cor pul.)* inequaliter, ne nimis humida siccis, nimis calida frigidis, nimis levia ponderosis. Et si qua

sunt etiam in ordine coniuncta. Videlicet pulchritudinem decorem aptum aliquid horum
deesset, et si inutile decere videbitur, iam aliquid habebit. Sed et in hac parte mirari
... quid si universitatis huius machinam intueamur, invenimus quam mirabili ratione
et sapientia compositio omnium rerum perfecta sit, quam apta, quam congrua, quam decora. Constructa
partibus suis absoluta, in qua non solum concordia perficit similia, sed etiam quam contrarie
potentia diversa atque repugnantia ad esse convenerunt. Dictante sapientia in unam
quandam modo sapientiam, in unam quandam modo amicitiam et federatorum con-
venerunt. ¶ Quid enim repugnantius esse potest aqua et igne? Que tamen in rerum
natura ita Dei contemperavit prudentia, ut non solum ad invicem commune
societatis vinculum si dissiliunt vim et vastantibus cunctis ut subsistere possint
vitalem motum subministrant. ¶ Quid de humani corporis compage loquar,
ubi omnium membrorum mutue tanta ad invicem servant concordia ut nullum
omnino possit inveniri membrorum cuius officium alteri non videatur prestare adminiculum.
¶ Sic omnis natura se diligit et miro quodam modo plurimum dissimilium et in
unam redactorum concordia, una in omnibus harmonia facit apta esse ordo et co-
nexiones rerum omnium compositio. ¶ Sed quomodo est firma, quis non videat? quis
non miratur? ¶ Ecce celi qui ambitu suo concludit omnia, quodammodo solidi sunt
et quasi ex ere subtiles et desuper cunctisque expansi. ¶ Terra non in medio suo pondere
librata semper immobilis perseverat ut certa in medio fluctuantia. Hinc soliditas
celorum illinc terre stabilitas in unum coarcet et castigant ne citra legitimos
terminos diffusa concordia universitatis disrumpat. ¶ Ecce [quia] prospecta telluris media
secus fractiones aquarum per se et per se pallicos suos in diversa deducti ipsam
terram intus fatiscente ne dissolvat conglutinat et foris ne fatiscat arentem
rigant. ¶ Ecce quomodo in humani corporis fabrica invicem ossium vincula nervorum
ligant et medullas intus per fistulas tibiarum diffusas carnalia et venarum
vitale sanguine per omne corpus deducunt, et densam teneritudine carnium
cutis tegimen involvit, ut et rigor ossium intrinsecus corpus sustineat et
pellis munimine foris defendendo custodiat. ¶ Nunc dimitto lapidum duram
soliditatem metallorum. Quis nodositatem roborum? quis tenacitatem glutinum?
quis certa immobilia intuetur conquirat? ¶ Quomodo clarent que sunt firma rerum
vincula. Tu singula queque contuitu tanto nisu naturam et certum servant federat
similitudo omnia concordia societatis si dissolvi omnino non queant.

Post compositionem sequitur de dispositione rerum qualis sit consideremus. Harum
enim mira fit admiratio si quis diligenter attendat, quod sic in singulis
locis, singulis temporibus, singulis rebus divina providentia causas suas distri-
buit, et in nullo penitus ordo rerum perdet. ¶ Ecce celum sursum est, et terra de-
orsum. In celo stellas et luminaria collocavit ut subiecta omnia illustrent.
Aerem ventis et nubibus mansionem fecit, ut aggregationibus suis diffusis pluvia
deorsum fundant. ¶ In imo telluris moles aquarum recipi iussit ut per gurgites
suos hinc illinc quasi quodam suo fluerent in venis suis discurrant. Volucres in aere suspen-
dit, pisces aquis immisit. ¶ Terram bestiis et serpentibus et aliorum reptilium
generibus replevit. ¶ Nunc quasdam regiones dotavit ubertate fructuum

quasdam opulentia vinearum, alias fertilitate olearum, alias fecunditate pecorum,
alias potentibus herbis, alias gemmis preciosis, alias animalibus et bestiis mon-
struosis, alias calidis venis, alias diversarum artium studiis, alias metal-
lorum, alias tinnimentum diversis generibus, ut nulla prorsus regio sit, que non

citra
de regionum diversitate

aliquid preciosius et speciale ab aliis accipere queat. Quid quod et loca que
quamvis usibus necessaria sint, non tamen hominum scientia ipsa locorum providentia constituit
ea non que non natura pro necessitate sed cupiditas expetit, extra spem in abditis locorum
finibus abscondit, ut quem amor virtutis ab immoderato appetitu non castigat saltem
laboris tedio metus [illegible] compescat.

Hec et que de dispositione locorum diximus. Quid de dispositione temporum dicam?
Hic nimis satis admirari potest, qua mira ratione providentia divina cursus temporum
distinxerit. Ecce post noctem venit dies, ut torpentes in otio labor excitet;
post diem sequitur nox, ut fessos ad refocillandum quies excipiat. Non semper dies,
non semper nox, non semper equalis dies et nox, ne aut in modicum labor debilita-
tos frangat, aut quies continuata naturam inficiat, aut indempnitas perpetua
[illegible] tedium gignat. Item quemadmodum vicissitudo dierum et noctium diurna
variatione, quatuor tempora anni ordine sibi succedentia totius mundi speciem immu-
tavit. Primum per temperiem veris quadam innovatione mundus nascitur; deinde
per fervorem estatis quasi in iuventute roboratur; post hoc superveniente autumpno ad ma-
turitatem conscendit; postremo succedente hyeme ad defectum vergit. Recto autem per
deficit, ut semper post defectum renovari possit. Quia nisi prius a statu suo de-
ficeret, veteri [illegible] illis locum occupantibus non valent exurgere nova. Est autem
satis mirabile in hac dispositione temporum, quod ipsa tempora ita immutabili lege sue
mutabilitatis vices custodiunt, ut nunquam aliquid ab expleto cursu suo deficiat
neque secus [illegible] continentia ordinem prime institutionis confundat. Hec de ordine rerum toto
et de dispositione temporum exempli causa dicta sufficiant. Nunc considerandum

Hec [illegible] qui in [illegible] et consideret secundum congruam dispositionem partium. Sic
[illegible] in [illegible] est [illegible] locum et tempus [illegible] sunt [illegible]
mirandum est divine sapientie efficacia, que ita congrue singula in universitate
distribuit, ut nusquam omnino [illegible] parum generet repugnantia [illegible].
Ut exempli causa de multis pauca ponamus, in compositione humani corporis
quanta elucet sapientia creatoris. Primum homo uniformis dorso bifurcata
divisus, quod et uniforme est principale mentis, id est ratio que in visibilia ex
surgit, et gemina est anime qualitas, videlicet ira et concupiscentia. Que dorsum
ad terram descendit, ita brachia in latum extendit. Tibiis deorsum figit
statura humani corporis, quia et intentio operationis anime extendit et affectus
desideriorum figit. Item secundum latitudinem brachia in [illegible] per digitos manuum, deorsum
per digitos pedum. Inquantum sunt humani corporis protensio, quia sive in latum tendat
animus per intentionem operis, sive deorsum figat per desiderium affectionis, quinque sensus
sunt per quos foras exit. Item digiti tribus articulorum intervallis distinguntur, qui
manibus de una palma, in pedibus de una planta prodeunt, quia de una
sensualitate quinque sensus exeunt, in quibus trina distinctione sentiunt sensus, post
modum sensibile inveniunt. Postremo in singulis digitis extimorum articulorum
capita super positis unguibus quasi galeata tenentur, ut quotiescumque sive manus
extenta sive pes promotus offendiculum invenerit, illesi permanere possint.
Similiter corona ipsa ad similitudinem unguium foris sensibus in [illegible]
in [illegible] muniunt, sed quod non pertinet ad intelligentiam qui extra etiam sine
sensu extendi possunt. Ecce hec humana facie quam venerabili distinctione in
quinque sensus collocata sunt. Supremum locum obtinet visus in oculis,
deinde auditus in auribus; post hunc in naribus olfactus, atque post hunc in
ore gustus. Tactus autem quod omnis sensus est foris venit. Solus visus de intus
foras exit et quasi porta. Mira quedam agilitate prosilit. Ubi quasi speculator
quidam omnium [illegible] locum obtinuit, ut que ceteris sensibus superveniat

sunt aut proximi prae ceteris possit. Post haec auditus et loco et nobilitate secundus est.
Deinde olfactus, deinde gustus, aut quintus sensus potest nisi id quod tangit. Inter ceteros
ceteris sensibus in uno residet. Tactus specialem sedem non habet, cum ideo universalior
est, quia totum corpus sensibus tangit et in digitis potius. Cum tactu sufficiat ...
...nitatis in uno digito, solus omnibus inest, quia sine tactu nullus sensus esse
potest. Vide etiam quo in humano corpore ossa interius collocata sunt, quasi robur
corporis corpus sustineat. Deinde caro ossa vestit, ut duritia corporis mollius tactum
recipiat. Adultiorum pellis carnem induit, ut sua quodam modo tenacitate ab
incommodis foris accidentibus corporis munimen. Attende quod istud quod molle est
et ursum in medio et in loco tutiori ponit. Nec vel in exterius tactus sufficiunt
... ut exterius munimento non solum satisfacit. Quod autem in uno ex
simplicitate est, in tactu omnibus rerum inveniri potest. Sic omnem corticem muniunt
arbores, sic penne et rostra volucres, sic squamae pisces, ... singulis
propria competentia naturae suae providentia ... munimenta instituit. Haec usque
de situ locuti sumus. Nunc ad motum transeamus.

Motus autem quadripartitus est, scilicet localis, naturalis, animalis, rationalis. De quibus quia
per singula dicere non possumus, breviter singula perstringamus. Vide quomodo in motu
locali sapientia conditoris appareat. Cogita nunc unde ... fluctibus et semper
aquis ... suspensa insistat ... motus ventorum educit. Cogita
infatigabilem astrorum cursum moderat. Quis soli proprias signa descendendo
... quis ... annua signa ascendere facit. Quis eum ab oriente
in occidente ducat. Et ... ab occidente in oriente revocat. Haec cuncta mirabilia
et soli deo possibilia sunt. Deinde et de motu naturali dicam. Considera
... in ... et quomodo occulto naturae semine in apertum
germinant ... Unde ... facit ... diligenter in motibus mirabilia apparebunt. Deinde sequitur motus
animalis qui est in sensibus et appetitibus. Cogita ergo qualis esse possit qui sensum
omnem viventem ... appetitum et in singulis quibusque animantibus quid appetere
et quid appetere debeant ordinat. Denique motus rationalis qui est in factis
et consiliis ... admirationis tibi ingerit, si attendere volueris quam ineffabilis sit sapientia
quae omnium hominum ... omnes denique voluntates omnes cogitationes cordium ita
ad suae voluntatis arbitrium ... ita temperat et moderat ut ... in universitate
... possit quod non ipsa ad decorem suorum operum aut perpetrando aut permittendo
et de motu pro brevitate dicta sufficiant. Deinde sequitur species. Sic velut

Species est forma visibilis quae continet duo, figuras scilicet et colores. Figurae
autem rerum multis modis apparent mirabiles: aliquae ex magnitudine, aliquae
ex parvitate, aliquae quia rarae, aliquae quia pulchrae, aliquae quia, ut ita loquar,
quadam convenientia ineptae, aliquae quia in multis una, aliquae quia in uno
diversae. Singula ordine suo persequamur. Figura secundum magnitudinem attenditur
cum res quaelibet sui generis modum in quantitate excedit, sicut miramur gigantem
inter homines, cetum inter pisces, gryphem inter volucres, elephantem inter
quadrupedes, draconem inter serpentes. Figura secundum parvitatem consideratur cum res
quaelibet sui generis modum in quantitate attingere non potest, ut ... et
tineae et tenues et ... et alia ... quae inter cetera quaedam animalia
vivunt. Sed ... ceteris omnibus corporis ... sunt. Vide ergo quid magis
miraris: dentes apri vel tineae, alas gryphis et ... caput equi
vel locustae, crura elephantis vel culicis, rostrum suis et curculionis, aquilam
vel formicam, leonem vel pulicem, tygridem vel testudinem. Ibi miraris magnitudinem,
hic minimam parvitatem. Corpus parvum magna sapientia conditum
magna sapientia cui nulla subrepit negligentia, illis dedit oculos quos vix visu
comprehendere potest ... oculus ... compactis corporibus, sic ... liniamenta

q inl
q motus
f Gylerna
meditit
q spes
q fi
q talia magna

nature sue copia plenissime distribuit ut vix sit invenias deesse in minimis quod
cum hiis que nata fecerant in magnis

[illegible] rara
[illegible] inutilia

Restat nunc dicere de hiis que rara sunt et ob hoc magis mira videntur. Sunt quedam in rebus conditis que ideo tantum videntur magis mira sunt quia ad hominum noticiam raro perveniunt et ob hoc quod in usu quia pauca creata sunt vel quia in remotis sedibus et in abditis nature finibus abstrusa. Sunt autem ideo creatoris providentia seorsum collocata voluit ut illa absconderet que noxia sunt ne lederent humana securitas et ea que preciosa sunt ipse probet humana cupiditas et ea que rara sunt novitate excitata admiratione excitat humana tarditas. Postremo ut et bona simul et mala qui omnino posita quodammodo alloquitur hominem ut attendat quanto studio cum mala fugere et bona cum appetere debeat si pro hiis temporalibus bonis adipiscendis et malis evitandis tantos labores sustinet.

numerus

Sequitur de hiis que inutilia sunt apud pulchritudinem quia vires sufficit ratione imitari quia spectaculi quodammodo sunt et quoniam captant dispositio operis minime videtur. Spectaculum sibi excitatam diligentia conditoris et in suis alia ideo mira quia monstruosa quedam sunt vel ridicula. Quis plasmatoris quantum ab humana ratione aliena est tanto homini humanam in admirationem compellere potest. Unde hac tota [illegible] in [illegible] non monet et quomodo salamandra in igne illesa permanet. Unde quod herecius spinas et vermis cum ut se pomis in turbine distusus involvat ab hominis [illegible] stridet cum plaustra et formica que hiemis suppeditura pestia hiemis horrea sua replet. Aranea quoque de visceribus suis laqueos nectit ut predam rapiat. Isti sunt testes sapientie dei. Est et aliud adhuc etiam aliud divine sapientie argumentum quod omne genus simile sibi parit et in tam multa similitudine propagata prime originis formam non mutat. Non ovis lupum non vacca agnum non tigris capreolum non leo vulpem. Sed in se sibi simile propagine sua ostendit omne quod est. Hoc etiam insensibilis natura custodit. Aliud genus est tilia aliud fagus aliud quercus. Unumquodque suam speciem tenet et unumquodque sui generis servat similitudinem. Unde folium quo serratis dentibus per gyrum distinguitur. Et non modo in insectis producit costulis sunt illius [illegible] humana unum [illegible] aliud omne quod est unius generis unum invenies similitudine et tot dentes in uno quot dentes in alio tot costulas in uno quot costulas in alio talem colorem in uno qualem colorem in alio. Et quomodo in una [illegible] fraga quibusdam similis ad invicem [illegible] distinguuntur et tale unum quale aliud et omnia nata que [illegible] in insectis dictum. Precipuum accipi [illegible] suos [illegible] Hoc quoque mirabile est quod in uno quoque corpore tot consistunt membra tot membrorum forme tot loca tot officia [illegible] in uno hominis corpore [illegible] in uno hominis corpore quot membra. Aliud auris aliud oculus aliud lingua aliud nasus aliud pes aliud manus. Singulis sua forma sua loca sua officia et cum sint ita divisa ipse singula in unitate tamen corporantur omnia. Sequitur

in corpore

de colore
lux
celum
sol
stelle
gemme

Post figuram sequitur color de quo multum disputare opus non est cum ipse visus probet quantum nature decoris addit cum tam variis distincta coloribus adornatur. Quid luce pulchrius que cum colorem in se non habeat omnium tamen colores rerum ipsa quodammodo illuminando colorat. Quid ad videndum iocundius celo cum serenum est quod resplendet quasi saphirus et gratissimo quodam sue claritatis temperamento visum excipit et demulcet aspectum. Sol sicut aurum rutilat, luna pallet quasi electrum, stellarum quedam flammeo aspectu radiant, quedam luce rosea micant, quedam vero alternatim nunc roseum nunc viridem nunc candidum fulgorem demonstrant. Quid de gemmis et lapidibus preciosis narrem quorum non solum efficacia utilis sed aspectus

quoque mirabilis est. Dicite talis rerum vestimenta floribus quae rotunditatem perfectam praebet oculo visui delectat quo affectum provocat. Videmus rubentes rosas, candentes violas, in quibus omnibus non solum pulchritudo sed origo quoque mirabilis est, quomodo scilicet de sapientia Dei terrae pulvis talem producit speciem. Postremo super omnem pulchritudinem viride, quomodo animos intuentium rapit, quando vere novo nova quadam vita germina prodeunt, et sursum erecta in spiculis suis quasi deorsum morte calcata ad imaginem futurae resurrectionis in lucem pariter erumpunt. Sed quid de operibus Dei loquimur? cum etiam humanae industriae fucos adulterina quadam specie fallentes oculos tanto opere admiremur.

Post speciem et qualitatem rerum discernere debemus. Ob hoc providentia creatoris tam diversas qualitates rerum induxit ut omnis sensus hominis sua oblectamenta inveniret. Aliud percipit visus, aliud auditus, aliud odoratus, aliud gustus, aliud tactus. Visum pascit pulchritudo colorum. Suavitas cantilenae demulcet auditum, fragrantia odoris olfactum, dulcedo saporis gustum, aptitudo corporis tactum. Et quis omnes delicias sensuum enumerare queat? Haec tam multiplices sunt in singulis, ut si quis quaelibet consideret per se, quaelibet per se singulariter dictare putet. Et cum oblectamenta oculorum in diversitate colorum monstravimus, tot oblectamenta animum in diversitate sonorum inveniemus. Sunt quae prima sunt dulcia, sermonum commercia, quibus homines ad invicem suas voluntates communicant, praeterita narrant, futura indicant, praesentia nuntiant, occulta revelant, adeo ut si his careat vita humana bestiis comparabilis videatur. Deinde quid autem concentus avium, quid humanae vocis melos iocundum, quid dulces modos sonorum omnium commemorem, quia tam multa sunt armoniae genera, ut ea nec cogitatus percurrere, nec sermo facile possit explicare, quae tamen auditui serviunt, et in eius delicias creata sunt. Sunt et de olfactu: sicut thymiamata odorem suum, sicut rubeta odorem suum, sicut unguenta odorem suum, sicut rosaria odorem suum, sicut rubeta odorem suum, sicut prata odorem suum, sicut tesqua odorem suum, sicut nemora odorem suum, sicut flores odorem suum, sicut fructus odorem suum, et cuncta quae suavem praestant fragrantiam et dulces spirant odores, et olfactui deserviunt et eius delicias creata sunt. Eodem modo gustus et tactus varia sicut oblectamenta quae considerationem pro satis comprehendi possunt.

De mutabilitate rerum et de pulchritudine rerum quantum potuimus, non quantum debuimus, locuti sumus. Nunc restat ut ad considerandam rerum utilitatem transeamus. Utilitas rerum quattuor complectitur: scilicet necessaria, commoda, congrua et grata. Necessarium est quo minus ipsa subsistere commode non potest, sicut est in victu hominis panis et aqua, in vestitu lanea vel pellicea aut quaelibet eiusmodi indumenta. Commodum est quod licet aliquando amplius delectet, sine ipso tamen duci vita potest, sicut est in victu hominis potulum vini et esus carnium, in vestitu byssus et sericum vel quodlibet aliud mollius indumentum. Aptum et congruum est quod licet utilibus non conferat adminiculum, tamen quoniam qualis sit tinctura colorum, pretiosi lapides et quaecumque eiusmodi. Gratum est omne modi quod ad usum quidem habile non est, et tamen ad spectandum est delectabile, qualia sunt fortasse quaedam herbarum genera et bestiarum, volucrum quoque et piscium et quaeque similia. Et dignum valde inquisitione est quare Deus, sicut tacite volunt, quae in rebus hominis propter quae omnia fecit, non necessaria fecit prodire. Et hoc citius agnoscitur si causa et modus humanae conditionis attendatur. Deus hominem propter se fecit, cuncta alia propter hominem condidit. Propter se fecit hominem, non quia ipse indigeret homine, sed ut homini, quia nil melius dare poterat, seipsum fruendum daret. Alia vero creata sic facta sunt ut et subiecta homini essent pro[pter] [illegible] supra se Deum, subter se mundum. Homo ergo quasi in quodam medio collocatus est, et corpore quidem deorsum mundo contingit, spiritu autem sursum ad Deum sublevatur. Necesse ergo fuit ut visibilium conditio

¶ qualitates

propter quod

o mirandum

Nota

¶ auditui

¶ de olfactu

¶ utilitas rerum iv

¶ necessarium

¶ commodum

¶ aptum congruum

¶ gratum

quare homo factus

ita ordinaret quatinus homo foris in eis agnosceret quale esset invisibile bonum quod
intus quaerere deberet. Hoc est ut sibi subiectum videret quid super se appeteret. Non igitur debebat
ut invisibilium rerum copia aliqua in parte defectum sentiret quae ob id maxime instituta
est ut inaestimabilem eius bonitatis affluentiam indicaret. Hoc est quod deus cum
de illa rerum creatione voluit ante quam universis visibilibus initia non esse providit. Ibi cui sola initia
tribuit bonitas quid esset, sed divites non esse. Deinde non initiis rerum commoda adiungit divi-
tias sue bonitatis ostendit. Deinde autem commoda congruis superaddidit et simul cum
superabundantia divitias bonitatis eius demonstrat. Sed deinde postremo gratis et grata
addidit quid adhuc superabundantes divitias bonitatis notas facit

H

Haec de utilitate creaturae dicta sufficiant. Sed libet adhuc ad omnibus dinc
lanus paulisper attendere quomodo unumquodque in specie suo consonavit decore
quanta admiratione dignum sit. Sed facilius fortasse cogitationibus si prius
qualiter in opere humano simul esse non possint consideremus. Certe homo cum multa
facit et considerat magna facere non potest, quia tanto minus prevalet in singulis
quanto plura sunt per quae intentionis sue conatus dividit. Item sibi cum ad ma-
gnitudinem intendit amplitudine retardatur, quia multis operatur minus non suf-
ficit, quod ad unum vel cursum operaliter effundit. Similiter minor diligentia decori
operis impeditur quociens ad multa solam sive ad magnitudinem perficiendam
animus occupatur. Videmus enim quia scriba eas figuras quae exiles sunt com-
petenter format. In magnis figurandis comprimens insudat et talium quanto velo-
cius scribit tanto deformiores sunt littere quae exprimunt. Item et contendunt
vestibus hii qui nimis pulcritudinem diligunt utilitati perimunt. Et e contra
tales consuetudines cupiunt pulcritudinem habere vero possunt. Deus in opere dei nec multitudo
magnitudinem minuit nec magnitudo multitudine constringit, neque simul vel magnitudo
vel multitudo pulcritudini officit neque pulcritudo utilitatem tollit. Sic sic facta sunt
omnia quasi facta sint singula ut cum universa apposite singula intueri. Haec de
visibilibus dicta aliorum fortassis quam ad compendium tractandi pertinet plurima in-
debitur, sed attendendum est quod tam copiosa materia non facile paucis verbis explicatur. Nam
cum dicat apostolus quod per ea quae visibilia sunt, videlicet vere est ut quisque per visibilia
ad agnitionem invisibilium venire desiderat. Prius ipsa visibilia agnoscat. Ergo quod
et ego tibi pro posse meo investigationem proposui. Ecce in invisibilibus in exordio imagi-
nes tibi ubi etiam invisibilibus tenent. Haec dispositionis ratio sicut est competentissima
narrandi ordine ut prius ipsarum invisibilium aliquam immediate affectionem notitia
ac si deinde recitatore contemplationis addito pervestigationem in invisibilium procederet.
Post haec ut igitur de hiis quae de invisibilibus dicenda erant finem faciamus hunc quo-
que quo ordine procedit ad invisibilia ostendat considerare debemus.

T

Tria dicimus invisibilia, scilicet divinam potentiam, sapientiam, benignitatem. Secun-
dum
ordinem quo est, quod haec prius contemplantibus in agnitione occurrat,
et tercio quod aliud invisibile prius in contemplatione comprehendit quod suo
invisibili simulacro expressius et manifestius declaratur. Simulacra ad hunc in-
visibilium ipsa invisibilia dicuntur, ut potentie invisibilis potentie simulacrum est
creature immensitas, invisibilis sapientie simulacrum est creature decor, invisibilis
potentie benignitatis simulacrum est creature utilitas. Omnis autem creatura
quanto vicinius similitudo creatoris exprimit tanto minus creatorem suum de-
clarat. Illud ergo invisibile simulacrum invisibile exemplar prius ostendere debet
quod divine similitudinis imaginem prius perfectius in se expressam retinet.
Immensitas autem creaturae magis ad essentiam. Decor vero creaturae magis
pertinet ad formam. Essentia non absque forma considerata informitas est
et ideo autem informe est. In hoc quidem quod est deo simile est, sed in illo quod
forma caret adeo dissimile. Quod ergo formatum est magis deo simile

Vin. dicitur (?)

quod decoris pulcri.

In mundo invisibilia cernuntur quae invisibilia sunt medio.

quod declarat deum

quod formatum

est quam id quod forma non habet. Hinc constat quod plus credendus simulacrum est decor-
tatiua quam pertinet ad formam. quam magnitudinis tantitas que ad speciem pertinet.
essentia sic decor tantitas que formam ualorem pertinet ad tantum. utilitas uero
ad actum. quia [illegible] utiles sunt quam subiecti homini fiunt et obsequium
reddunt. decor autem ad situm pertinet magis proprium est et magis eminens quam id quod
pertinet ad actum quia [illegible] natura uendidit. actum uero in situ ad [illegible]
simulacrum non decoris magnificentiam [illegible] et utilitatem [illegible] precedit. et pro
ea magnitudine [illegible] est quia in manifestatione est euidentius. Simulacrum igitur
simulacro primum uestigium contemplationis ponitur [illegible] ut dum per [illegible] cognitionis
[illegible] incipimus [illegible] que quemque ducit. inoffensus pede ad re-
liqua procedamus. Competit autem inquirenda sapientia. ab ipso sapientie simulacro
inquisitionis exordium sumitur. quia [illegible] sapientiam suam prius manifestat non
solum qui sapientiam suam in modico tenuit [illegible] Sed [illegible] quoque qui [illegible] sapientiam
suam in modico tenuit. Decor tantitas que simulacrum sapientie dei et [illegible]
templatur. scilicet [illegible] motum speciem et qualitatem. Et in hiis quatuor motum
excellentiorem [illegible] dubium non est. quia uiuentia sunt iure nobilia quam
ea que moueri non possunt. Motus autem quadripertitus est. scilicet localis. naturalis
animalis et rationalis. Et motus naturalis localem motum superat. quia in naturali
motu non solum imago [illegible] sed ipsa quodammodo uita inchoatur.
[illegible] animalis motus tanto ualorem [illegible] quanto [illegible] sensibile id quod sentit.
Postremo rationalis [illegible] supponitur. quia in eo non solum sensus ad [illegible]
sed ratio quoque ad intelligendum mouetur. Hoc simulacrum in talium potest [illegible]
[illegible] quia inuisibile manifestat [illegible] id quod sapientie [illegible] commendat prin-
cipale [illegible] sapientie simulacrum [illegible] rationalis [illegible] quia
secundum aliquid uisibilis est. sed ad inuisibilia ianua contemplationis facta
est [illegible] in quantum uisibilis est ianua. in quantum inuisibilis est uia. ia-
nua est quia ingredienti ad contemplationem animo primum aditum pandit
uia est quia [illegible] ad finem perducit. ianua est quia
quadam [illegible] inuisibilia uisibiliter ostendit. uia est quia de inuisibilibus [illegible]
[illegible] usque ad inuisibilium [illegible] inuisibilium [illegible] perdu-
cit. Hoc in semetipso potest agnoscere homo. Homo enim est sane sapiens
qui se esse non uideat. Et tu homo si uere id quod ipse es attendere cepit omnia
que [illegible] uel uident uel uidere possint nichil se esse intelligit. Illud namque
quod nos [illegible] ut ita dicam [illegible] et [illegible]
sit tamen se [illegible] ratione sentit. et [illegible] intelligit. [illegible]
go inuisibilia [illegible] dubitat. qui [illegible] quod uere homo est [illegible]
neque dubitat. inuisibile esse uidet. Ianua ergo contemplationis homini aperit-
ur [illegible] ratione ducente ad se recognoscendum [illegible] ergo [illegible]
usque ad finem [illegible] restat. ut scilicet [illegible] contemplatione [illegible] ad agnoscendum
creatorem [illegible] Illud namque [illegible] non est essentia
[illegible] potest habere materiam. [illegible] ita se
scit quia [illegible] intelligit esse. semper se fuisse non meminit. [illegible]
[illegible] esse non posset. [illegible] ergo [illegible] esse non potest nisi [illegible] restat
ut que non semper [illegible] cognoscimus. non semper fuisse. [illegible]
[illegible] quia [illegible] materia [illegible] non pot-
[illegible] esse [illegible] Si igitur in uisibili [illegible] sunt. [illegible] est ut non
de [illegible] materia sed de nichilo factum sit. [illegible] nichil [illegible]

ipsi dare non potest. Et ideo quidquid initium habet, dubium non est quin ab alio esse
acceperit. Quod autem a semetipso non est, esse aliis dare non potest. Igitur quis ab eo
est qui rebus esse contulit ab alio esse non accepit. Quod inde quoque liquido
comprobatur, quia si quidquid est creaturam esse dicimus, illam in rebus finem
invenimus. Nostra ergo nos natura instruit quod creatorem habemus, cuius tamen sine
et summum est quod subsistit. Quia si ab alio esse accepisset, primam rerum
originem vere dici non posset. Si enim aliquando non fuit, erat. A seipso initium non habuit,
hinc primus dici potest si ab alio esse accepit. Igitur si creator est semper fuit. Iste quoque se
metipso est, non esse non potest. Quidquid enim a semetipso habet, idem est esse
et id quod est, et constat quod nulla ratione a semetipso dividi aut separari potest. Cum igitur
idem est esse et id quod est, necessario semper est, quia a semetipso separari non potest.
Si igitur quidquid a semetipso est, hinc idem est esse quod aliunde esse non accepit,
exigit ratio ut semper sit, neque ut aliunde auferri possit quod aliunde datum non
sit. Summe est ergo ut quem creatorem credimus nec principium nec finem habere possit. Constat
principium enim non habet quod semper fuit, nec finem quod numquam desinit. Neque ergo creatus potest
solum creatorem esse, neque creator nisi eternus esse potest. Hanc autem cognitionem in rationabili
motu invenimus, quod scilicet creatorem habemus qui principio caret, quia semper fuit, fine
non patitur, quia semper erit. Hanc autem cognitionem triplex motus attestatur: hic est
animalis, naturalis et localis. Naturali namque motu sunt sensus et appetitus. Omnis autem
naturalis appetitus in rebus complementum invenit, neque aliquis est ordinatus affectus
cuius sinus effectus consequi non possit. Verbi gratia, esuriunt animantia, inveniunt
quod comedant. Sitiunt, inveniunt quod bibant. Algent, inveniunt quo
calefiant. Constat ergo providentia divina perfecte cuiusque conditio hoc tribuere, ut eadem
que quod inde indigentibus rerum natura providentia deesset. Nam enim appetitus instituit
ipse appetitibus alimenta preparavit, neque ullo modo fieri posset, si rerum auctor fac
tum esset, ut sic per omnia cunctis affectibus sui effectus responderent. Idem
motus naturalis probat. Sicut enim impossibile est ut ipse aliquid de nichilo
fiat, sic etiam omnino est impossibile ut ipse aliquid augmentum accipiat. Hoc est
quod sibi ipse non potest dare initium, sibi ipse non potest dare incrementum. Quidquid item
constituti in augmentum venit, potest id esse comprobari quod ipse per se solum sine incremento
fuit. Si ergo nil crescere potest nisi addatur ei quod prius non habuit, patet quod nulla res
crescens per se incrementum sumit. Item ergo crescentibus dat incrementum, ipse constitutis
dedit initium. Idem motus localis probat. Namque quasdam creaturas perpetuo mo
tu agitari cernimus, quasdam vero per tempus moveri videmus, et alias sic atque
alias sic. Et licet ita dissimiliter res moveat, nusquam respectu rerum ordo con
funditur. Ubi non est dubium quin motus sit dispositio presidentis qui cuncta lege
cuncta moderatur. Natura iure ergo negamus providentiam, si omnis naturalis ap
petitus naturalem sibi preparatam invenit alimoniam, neque umquam omnino
deest sic contingat ut quod in uno natura appetit, in alio natura non habeat.
Similiter et motus et incrementum. Ita namque et dissimiliter fieri cuncta nisi
eum considerat ordine. Quomodo negare possumus motus esse dispositorem?
Dubitari igitur non potest quin invisibilis rector presidat, qui rerum omnium cunctas
et providentia sua provenit et sapientia disponit. Ubi inquam illa et quod ipsa ratio
docet, unum scilicet et rerum omnium opificem unum esse rectorem. Illa si dubia mentes
consilia presiderent, ipsi se facti rerum cursus ad assumendum aliquid diversi
discordarent. Dum ergo omnia dum sic concordant ad unum finem, circuit perfecta meditatur
quod unus est factor et origo unde procedunt. Sed quia unum diversis modis accipitur,
considerandum est quo creator rerum unus esse dicatur. Unum est collectione
et unum essentia et unum identitate. Unum collectione est quemadmodum
cum gregem unum dicimus in quo multa sunt animalia. Unum compositione

Cum igitur

et id quod est

In animali

Coordinatus affectus

Sitientibus

Fragmentis providentia

fons

Unum multis modis

et quemadmodum cum corpus unum esse dicimus, in quo tamen multa sunt membra, vel quemadmodum
quemadmodum cum vocem unam dicimus que a multis est prolata. Sed hec omnia multis re-
spectibus unum est, secundum aliquem tamen respectum unum dicta sunt. Quia quedam non
ad unitatem accedunt. Spiritus ergo non est ut corpus, cuius quantitas omnis vel ex collec-
tione diversorum vel compositione partium vel plenitudine plurium unum esse. Tale aliud [illegible]
nobis variabile est. Hec enim omnia in se invicem nichil possit in eo omne aliud omnino unum
quod prorsus multitudine compositum sunt. Non variabile sed variabili quod etiam et ipsa
mira ratione compleat. Si ergo unum variabile vere unum est, quanto magis creator eius
vere unus esse credendus est. Vere autem unum est quod essentialiter unum est, cum totum
est unum esse et simplex esse quod est. Secundum quod igitur unum est simplex et ipsum
omnino aliquas separationes non patitur, et ideo sectionem partium non admittit, quia principio
portionem non accipit. Creator igitur vere ideo unum est esse quod est, quia totum
unum et simplex est esse quod est. Sed adhuc considerare nos oportet quemadmodum
res inveniunt que vere unum sunt, et tamen simpliciter unum non sunt. Sunt autem que
unum sunt essentialiter, sed unum non sunt invariabiliter. Est autem vere et simpliciter
unum quod essentialiter et invariabiliter unum est. Restat ergo ut secundum vere unum ac
creatorem unius [illegible] simpliciter unum dici possit incommutabilem. Quod tunc veracius osten-
dimus, si eum omnino invariabilem esse comprobamus. Sed quia scire non possumus
quo deus invariabilis est nisi prius cognoscamus quot modis res queque variari
possit, idcirco nos oportet omnes mutabilitatis modos describere ac deum per singula
qualiter a deo removentem ostendere.

Tribus modis fit omnis mutabilitas: secundum locum, formam et tempus. Localiter muta-
tur res quelibet que de loco ad locum transit, hoc est esse desinit ubi fuit, non tamen
quod fuit esse desinit, et esse incipit ubi non fuit, non tamen quod non fuit
esse incipit. Formaliter mutatur res quelibet quando secundum suam essentiam in eodem
persistens loco vel per augmentum aliquid accipit quod prius non habuit,
vel per decrementum quod prius habuit amittit, vel per alterationem aliquid quod
prius habuit aliter habere incipit quam prius habuit. Mutatio per tempus omnibus
predictis nascitur, quia nichil temporaliter mutari potest quod vel formaliter
non mutetur vel localiter. Ex hoc evidenter colligitur quod immutabile omnino est quod
neque forma neque loco mutari potest. Si igitur deum neque forma neque loco
mutari constet, immutabile omnino esse dubium non est. Localem ac mutationem
facile ab eo removemus, si eum ubique ostendimus. Quod enim ubique est, in omni
loco est. Quod autem in omni loco est, de loco ad locum transire non potest. Deum ac
autem ubique esse multa sunt indicia. Primum ipsa anima nostra, quam et rationalem
simplicem esse non dubitamus, et tamen per omne quod vivificat corpus diffusa
esse probatur, quoniamque cum corporis [illegible] leditur ipsa vivens est ad quem sensus
omnis doloris recurrit, quod omnino non fieret, si unus et idem diffusus ubique
non esset. Si ergo rationalis spiritus hominis tam simplex per omne quod regit
corpus diffunditur, dignum non est ut ille creator spiritus qui omnia regit
et possidet uno aliquo in loco coartari, et non omnia per implere credatur.
Illa et ipse rerum motus qui tam recto et tam rationabili ubique moderamine
currit, intra universa [illegible] moventem esse ostendunt. Sicut enim nullo modo credendum
est quod sic spiritus hominis tam corpore quod vivificat personaliter coniungitur, ita
quoque creator ille spiritus tam corpore huius sensibilis mundi personaliter coniungatur.
Sed anima aliter implet mundum deus et aliter anima corpus. Anima implet
corpus et continet, quia corruptibilis est. Deus implet mundum sed mundus
non includit, quia ubique presens nusquam comprehendi potest. Porro tamen divine
virtutis effectus ipsum deum esse convincunt, cum eandem dei virtutem omnibus inesse
nullus dubitemus. Si autem virtus dei ubique est, cum alia non sit dei virtus
quam deus, constat quia ubique deus est. Licet enim ut homo ad

[Marginal notes:]
q[uod] [illegible] unum 3
q[uod] [illegible] unum [illegible]
q[uod] [illegible] primum [illegible]
q[uod] [illegible] loci
q[uod] [illegible] mutatur
q[uod] [illegible]
q[uod] [illegible] immutabili
q[uod] [illegible] ubique [illegible] gratis
[illegible]
[illegible]

operandi aliena virtute non indiget quia homo saepe alieno adminiculo perficit quod
facere propria virtute non valet. Ubi secundum quandam loquendi consuetudinem ille homo aliquando
operari dicitur quia per semetipsum absens esse non dubitatur. Quemadmodum civis in
civitate sua residens procul confligere cum hostibus, vincere vel superari perhibetur, quia
milites eius volente ipso et iubente confligunt, vincunt vel superantur. Tale est
cum quis in rem eminus positam vel virgam extendit vel lapidem iacit, et tangere
dicitur quicquid virga vel lapis tetigit. Et multa quidem sunt talia secundum humanum morem
quae dicuntur, quia alteri tribuuntur quae alter operatur. Deus autem qui per semetipsum cuncta
propria virtute facit, ubique praesens est operatione, praesens et natura est ut sit veritate. Quod si
quis forte quaerat quomodo divina essentia quae simplex est ubique esse possit, sciat quod
aliter spiritus simplex esse dicitur, aliter corpus. Corpus enim propter parvitatem simplex dicitur,
spiritus autem simplex dicitur non parvitatem sed unitatem significat. Creator igitur et simplex
est quia unus est, et ubique est quia deus est. In omni loco consistens ubique totum
comprehendit, quia universa replens continet, non continetur. Essentia igitur in omni loco est,
mutari localiter non potest; et quia a nullo loco comprehenditur, localis non est. Sed neque
illa quae secundum formam est mutabilitas in ipsum cadere potest. Quidquid enim secundum formam
mutatur, vel secundum augmentum vel secundum diminutionem vel secundum alterationem mutatur. Sed
horum omnium divina natura nihil recipit, quod facile est in singula perspicere. Non
augetur. Quidquid enim per incrementum crescit amplius aliquid semetipso accipit. Sed
quod autem praeter id quod in semetipso habet aliquid accipit, aliunde accipiat
necesse est, quia nulla res sibi ipsi quod non habet dare potest. Creator autem recipere
a quo aliquid quod non habet accipiet, cum omne quod consistit ab eo procedat?
Non potest igitur crescere qui semetipso amplius nihil potest recipere. Quidquid enim
semetipso minus fieri potest, vere unum non est, quia id quod in se separatur fit dividi,
in quantitate idem non fuit. Deus igitur cui totum est unum esse quod est, nullo
modo semetipso minor fieri potest. Neque igitur perfectio augeri, neque unitas minui, neque
immensitas comprehendi, neque qui praesens est ubique localiter potest variari.

Nunc de alteratione sola restat ut ostendamus qualiter divinae naturae non conveniat.
Et quia alia est alteratio corporis, alia spiritus, deum vero quem supra diximus esse dominum
non corpus sed spiritum esse, cum de deo loquimur non necesse est de alteratione corporis
multa disserere. Breviter tamen attingimus ut competenter ad alterationem spirituum
proveniamus. Alteratio corporis fit in dispositione partium et vicissitudine qualitatum.

De alteratione

Alteratio spirituum est cognitionis et affectus. Secundum affectum mutatur spiritus, ut nunc tristis nunc
hilaris. Secundum cognitionem, ut nunc minus nunc amplius sapiens. Secundum bonos
sunt praecipue quae affectum operantis mutare solent, idest sive quia aliud ponendum
fecit imperfecto, sive aliquid inordinatum componat in facto. Sed quod deo non competit
mutari satis evidenter ostendit immutabilis esse. Iacobus recte omni quod sic legitur
ge perfecta sive institutionis modo non defecit. Quod vero nec condicionem
componat, venerabilis praedicat eventus qui in toto naturae tempore ubique sibi concordat

Alteratio spirituum

dicit. Semper ergo immutabilis est voluntas dei, quae nec consilium mutat de
praeterito nec praevidentia de futuro. Sic quoque cognitione immutabilis esse credendus

Voluntas dei est immutabilis

est. Tribus enim modis mutabilitati subiacet humana cognitio: per augmentum,
per diminutionem, per vicissitudinem. Per augmentum, ut cum discimus quod nescimus;
per diminutionem, cum quae scimus obliviscimur. Vicissitudo autem quadripartita est: in natura,
in forma, loco et tempore. In natura vicissitudinem patitur humana cognitio
cum nunc hoc nunc aliud cogitamus, quia simul omnia mentis sensu apprehende-
re non possumus. In forma, ut cum de ipso nunc tale nunc non tale attendimus,
quia utrumque simul non valemus. In loco, ut cum nunc illud cogitatione discurrimus,
quia simul ubique cogitatione non valemus. In tempore, quia nunc praeterita nunc
praesentia nunc futura consideramus, quia in eodem tempore simul omnia non
possumus. Tunc eo tempore cogitatio variatur cum nunc excitamur cogitantes,
nunc iterum memoria, nunc intermissa iterum reservamus, quia ea simul intermissione
sine

non possimus. Ecce habes omnes mutabilitates cognitio divina non recipit. Non augetur
quia plena est. Non enim nescire potest omnia qui creat, qui gubernat, qui penetrat,
qui portat omnia, et qui omnibus presens et deitate absens esse non potest. Visione / cogi-
tum non potest, quia aliunde non est quod habet, sed idem ipsum quod habet est, ab ipso est
est. Ab uno et unum totum quod est. Aliud de vicissitudine dicam. Et alio modo vicissi-
tudinem recipere posset ipsa sapientia, que omnia simul et semel sub uno visionis ra-
dio comprehendit. Simul quia omnem creaturam, omnem formam, omnia loca, omnia
tempora. Semel quia visione non intermissam recipit, non iteratam recipit, non iteratam
intermittit. Sed quod semel est semper est, et quod semper est totum est. Omnia videt et de
omnibus omnia videt, et semper videt, et ubique videt. Nichil ei novum, nichil ali-
quid advenit, nichil sibi recedit. Sed nec futurum providet. Quod presens est videt. Quando
preteritum est retinet, nec aliud in semetipso est. Providet, videt et retinet. Quod ad
nos in tempore fuit in visione, et quod preteritum in tempore permanet in visione. Quem-
admodum si totum corpus tuum esset oculus, nec aliud tibi esse et aliud videre, quecumque
sic res intueretur presens et non esse non posset, et sub uno visionis ictu immobilis perma-
neus comprehenderet quecumque quaquaversum in circuitu levares, immo non nisi ante te tuos
quietos teneret quacumque, quo potius levaris vel levares vertisset et staret visio. Et quotiens sua
se mobilitate intueretur, statim non nisi presens esset. Vel aut dicit quia corporis vides muta-
bilitur vides, et curvos videnti visus ad videri deficit. Oculus mutabilis in visione
deficit. Sed si totus oculus esses, sic mutabilitatem non vides. Sed natura ergo corporis est im-
mutabile est. Et quod est corporis non est mutabile non est. Deus autem cui idem est esse
vivere et intelligere, cuius presentia corpus non sit, nec per sapientiam corpus esse potuit.
Sed sicut immutabilis est essentia, ita et immutabilis est sapientia. Hoc iam de cog-
nitione divina dictum sufficiat. Est specialiter, comprehendit cognitio et visio dicitur
et sapientia dicitur et scientia dicitur et prudentia dicitur. Visio est quia aspicit,
sapientia est quia intelligit, scientia est quia comprehendit, prudentia quia disponit.
De quibus multe difficiles et perplexe questiones oriuntur, quas hic compendio
in explanationis causa aggredi in ea que restant tractantes.

Ergo quia de invisibilibus ad invisibilia ordo contemplationis ingressi sumus, ad
summa investigationis penetravimus veram essentiam esse unum sine
principio, sine fine, sine commutabilitate esse non dubitamus. Et hoc quidem
non contra nos, sed in nobis met ipsis invenimus. Consideremus ergo si adhuc aliam
ipsius ipsa creatura veritatis ratione nos doceat, quia fortassis non solum unum
sed et trinum ostendat. Certe mens rationalis una est, et generat intellectum de
se. Una unum, que non in magnum distans aspicit, qui subtilis, qui verus, qui ce-
lerius, qui cominus sit maior diligit eum et placet sibi in ipso. Videt pulchri
et stupet et se tale in se potuisse aliquid potuisse miratur. Vehementer libenter semper
illud aspicit, semper hoc. Sed illo frui semper in illo delectatur, ipsum per se placet. Ipsum
per se placet, vel aliquid est quod et illud gerit, quia in illo totum amat.
In illo contemplatio miratur. Ad videndum delectabilis, ad habendum suavis, ad
fruendum dulcis. Tum illo secure mens requiescit, nec in quem scienti sine tedio
afficitur, quia unico quidem non tam solitario et parte letatur. Considera igitur
hec tria: scilicet intellectum, mentem, amorem. De mente intellectus nascitur. De men-
te et intellectu amor oritur. De sola mente intellectus, quia mens de se
intellectum genuit. Amor non nisi de sola mente, nec de solo intellectu, quia ab
utrisque procedit. Prius mens, deinde mens et intellectus, postea mens et
intellectus et amor. Et hoc quidem in nobis sic est. Deo autem imitatione longe
aliter suadet ratio, quia cum ipsum semper fuisse credimus, semper quoque sapientiam
habuisse oportet confiteamur. Nam si aliquando sine sapientia dicitur, omnis cum per quem modum
sapientem fecit et a quo sapientiam accepit, illo modo invenit. Cum ergo hoc
aliquando defuisse sit et ab omni veritate alienum est, eum qui est fons et origo
omnis sapientie aliquando sine sapientia extitisse. Semper ergo in illis sapientia semper

Sp[iritu]s in illo sp[iritu]

De genitore patre · *communione* · *unitate* · *Pater diligit sapientiam suam* · *Filius dilectus in quo* · *Complacui* · *Summum bonum* · *Beatitudo* · *Beatus*

ab illo sapientia quia sapientiam habet ille qui genuit. Semper enim illa sapientia quia genita
se agnoscere non desinit semper genita est et semper gignit. Nec enim gignit inchoans
nec enim genita est cessans. Semper gignit quia etiam semper genita est perfecta
est. Ergo qui genuit est et qui genitus est. Qui enim genuit pater est, qui genitus est
filius est. Et quia qui genuit se genuit, eternus pater est. Et quia qui genitus
est semper genitus est, eterno patri filius coeternus est. Item qui sapientiam semper habet
semper sapientiam diligit. Qui enim semper diligit semper amorem habet. Itaque eterno
patri et eterno filio coeternus amor est. Et enim pater a nullo est, filius a patre solo
est. Amor vero a patre simul et filio est. Sed quia supremus trinitatem omnium summe et
vere unum esse asserimus, hec tria in modo unum esse substantialiter oportet confiteamur. Quia
item ille qui genitus est non potest esse ille a quo genitus est. Neque item ille
qui ab agnoscente et genito procedit idem esse potest cum eo a quo generatur vel genitus
incomprehensibili ratione unitatem trinitatis in unitate et personarum trinitatem et substantie
unitatem cognoscere. Tribus ergo in unitate una tamen est et equalis eternitas
et eterna equalitas quia non potest esse singulis dissimile quod omnibus facit
deitas una totum. Tres ergo unum sunt quia in tribus personis una est substantia
sed tres unum non sunt. Quia sicut distinctio personarum unitatem deitatis non dividit
et unitas deitatis distinctionem personarum non confundit. Sed libet adhuc pa-
ululum contemplationis considerare quo dictum sit quod pater diligit sapientiam suam. Homines
enim sepe solent diligere scientiam suam propter opus, non opus propter scientiam. Sicut est
scientia agricolandi, scientia texendi(?), scientia pinsendi et cetera huiusmodi. Ubi profecto
scientia meditatur inutilis [illegible] consumatur in opere fructu utilitatis. Hoc modo si de
sapientia dei dicatur iam minimus opus scientie suo aufert. Profecto dicendum est sapientiam
pretiosiorem esse opere suo et semper potius se amandam esse sapientiam. Sed
si cuiquam forte sapientie opus suum aufert non erit [illegible] considerata vita hec ope-
ere [illegible]. Sapientia enim vita est, et amor sapientie est felicitas vite eterna
ut est enim dei. Quod pater sapientie complacitat sibi in illa absit ab intellectu nostro ut cre-
damus quod deus sapientiam suam propter opera que per illam fecit diligat. Quin potius
omnia opera sua non nisi per illam amat. Propterea enim dixit: Hic est filius meus
dilectus in quo mihi bene complacui. Non in terra autem in celo, non in sole et
in luna et stellis, non etiam in angelis. Et que etiam perfectissima sunt in natura
quia et ista si suo modo placita sunt, tamen nisi in ipso et propter ipsum placere
non possunt. Tanto enim amplius amore in eo digna sunt quanto minus ad similitu-
dinem accedunt. Non ergo propter opera sapientiam sed propter sapientiam opera sua diligit deus.
In illa enim omne pulchrum et verum et ipsa tota est desiderabilis. Incomprehensibilis et vita
immortalis tamen aspectus est tam desiderabilis ut oculos dei delectare possit sim-
plex et perfecta non [illegible] et plena. Sola non tamen solitaria una et to-
tus omnia. Sed quia tres personas in unitate una eternus supra ut quod de
qualibet harum dicitur utrum nec de aliis dici possit inquirat. Dictum est autem
quod pater amat filium. Restat ergo ut consideremus si pari modo dici possit quod amor
patris et filii amat filium et quod filius amet seipsum. Item quod pater amet se
quod filius amet se patrem. Item amor patris et filii amet seipsum. Item quod amor
patris et filii amet se. Item pater amet amorem suum et filii. Item filius
amet amorem suum et patris. Postremo si unusquisque eorum amor est quo quibus
amat seipsum vel alterutrum unusquisque ad alium. Sed hic facilius inveniemus si ea que
dicta sunt ad memoriam revocamus. Insuper dictis enim rationibus asserimus quod deus
prima causa est et origo bonorum omnium. Deo autem qui bonus est et principium omnium
perfectionum bonum nullum esse potest. Summum igitur bonum deus est. Beatitudo autem
nusquam vera nisi in summo bono collocatur. Deus igitur solus et per se et prin-
cipaliter beatus est. Beatus autem quo esse potest cui non placeat id ipsum quod

est quisquis igitur beatus est et seipsum diligit et id quod ipse est diligit. Si ergo pater et
filius et amor patris et filii unum sunt et unus deus sunt, cum in solo deo vera beati
tudo sit necesse est ut et quisque amet seipsum. et admirere quisque aliud similiter eorum
beatitudo naturaliter dici posset immo potius summa infelicitas fieret si per contrariam volun
tatem se dividerent. et per consequens naturam a nomine separari non posset. Diligit
natura unum sunt pater et filius et amor patris et filii. ita quoque volun
tate et amore unum esse non possunt. Unus amor se diligit quia unum sunt
Non aliud est quod quisque amat in alio quam quod quisque amat in seipso. quia non aliud
est quod quisque est. Cum quale est / Quod pater diligit in filio hoc et filius diligit in se
ipso / et quod amor patris et filii diligit in filio hoc filius diligit in seipso. Et e contra
quod filius diligit in patre hoc pater diligit in se. Ita quod pater et filius diligunt in amore
suo hoc amor patris et filii diligit in seipso. Ita quod pater diligit in seipso hoc diligit in
filio et in amore suo / et quod filius diligit in seipso hoc diligit in patre et amore
suo. et quod amor patris et filii diligit in se hoc diligit in filio et in patre. Quando
vero vox patris super [illegible] descendit. hic est inquit filius meus dilectus in quo michi
complacui. Non dicit separatim ego michi complacui. neque dicit separatim ille in
complacuit. neque non dixit simul ego michi complacui et ille a michi complacuit
sed dixit ego michi complacui in ipso. hoc est quod michi de me placet in ipso
est. contra ipsum non est. quia ego sum ipse est. quia cum aliud quam ipse non sum
contra ipsum michi placere non possum. hic est ergo filius meus dilectus in quo michi
complacui. Quidquid michi placet in ipso et per ipsum placet. ipse est mea sapientia
per quam feci omnia. in ipso eternaliter disposui quidquid temporaliter feci. et tanto unum
quodque opus meum diligo quanto perfectius sue dispositioni concordat. Nolite
putare quod tantum ipse sit mediator in reconciliatione hominum. quia per ipsum omnes comme
dabiles et placita sunt aspectui meo cuncta omnium creaturarum. In ipso conspicio cuncta opera
mea que facio. et non amare nequeo quod invenero simile illi quem amo. Et quia
ille me offendit qui ab eius similitudine recedit. Si ergo vultis michi placere
ei similes estote. Ipsum audite. Et si forte ab eius similitudine in aliquo
discessistis ipsum imitando audite redite. In ipso dat preceptum. In ipso dat con
silium. preceptum ut persistatis, consilium ut redeatis. Utinam custodisset preceptum. Ecce
quia transgressi estis preceptum, saltem audite consilium. Magni consilii angelus
vos mittit ut qui conditi estis datus sum ad gloriam, iterum perditos revocat ad me
gloriam. Ipsum audite. ipse conditor. ipse est redemptor. ipse deus in me et vos condidit
qui nobiscum homo solus ad vos venit. Ipsum audite. Ipse est forma. ipse est me
dicina. Ipse est exemplum. Ipse est remedium. Ipsum audite. Felices fuissetis semper tenuisse
eius similitudinem. Sed iam nunc gloriosum non erit ad eius redire imitationem. Ipsum
audite. O homo quid causaris ignorantiam tuam. certe ipsa te tua ignorantia ac
cusat. ipsa tamen. Nosti qualis sis. cur venias. que [illegible] habeas quem me
diatorem queras. et tamen adhuc te [illegible] respondent. contra deum clamas. Nosti
quia malus es, cessas et non clamas ad eum qui te fecit. ut veniat et re
ficiat. qui venit ut redimat. Noli dubitare de potentia eius. vide opera eius
quanta sunt. Noli dubitare de sapientia. vide opera eius quam perfecta sunt. Noli du
bitare de benivolentia. vide opera eius quomodo ad utilitatem tibi fiunt. Ostendat
ergo tibi in suo opere quantum possit in tua redemptione. Demonstrat etiam tibi quod formi
dande operari possis in dicite si volueris habere redemptorem. Nemo ei resistere potest
quia omnipotens est. Nemo fallere eum potest quia sapientissimus est. Nemo eum cor
rumpere potest quia optimus. Nemo eum declinare potest quia ubique est. Nemo eum
tollere potest quia eternus est. Nemo eum flectere potest quia incommutabilis est. Si er
go volumus talem [illegible] mediatorem ipsum queramus redemptorem.

Quando quidem de invisibilibus ad manifestanda invisibilia progredi cepimus
primo a corporea creatura ad incorpoream. hoc est rationalem creaturam tran[s]

sumus at deinde a creata creatura usque ad sapientiam dei pervenimus. Unde non videmus primo a sapientia dei ad rationalem creaturam, deinde a rationali creatura ad creaturam corpoream. Et ita consideratione procedamus. Hic ordo est cognitionis. Iste conditionis quia prius corporea creatura quam invisibilis et in ea cognitione stetit, deinde a corporea creatura ad incorpoream cognitio transsit. Postremo in ea investigatione sapientia usque ad conditorem intuitus pervenit. Considerate non primo gradu ad imaginem dei rationalis creatura facta est, deinde corporea creatura. ut creatura rationalis in ea sapientis agnosceret quod a creatore intus accepisset. In sapientia dei est veritas. In rationali creatura imago veritatis. In corporea creatura umbra imaginis. Et rationalis creatura facta est ad dei sapientiam. Corporea creatura facta est ad rationalem creaturam. propter quod omnis motus et conversio corporee creature est ad rationalem creaturam. et omnis motus et conversio rationalis creature esse debet ad dei sapientiam. ut deus quadam sui semper superior celsitudine [illegible]. Hic primo conditionis ordine. Hic semper contemplationis in se pertinet similitudine. Conversio [illegible] in ea investigationis de invisibilibus ad invisibilia transsit. Primo a corporea creatura ad rationalem creaturam. deinde a rationali creatura ad corporeationem [illegible] creatoris mentis intuitu deducitur. Excitatus autem de visibilibus ad invisibilia primum a creatore ad rationalem creaturam. deinde a rationali creatura ad corpoream creaturam descendit. Ordo autem cognitionis deinde ymmo semper precedit ordinem conditionis. quia nos cum foris simus ab intimis videre non possumus nisi prius oculos mentis intima penetremus. Excipitur autem per ordo conditionis ordine cognitionis. quia et si aliqua humana infirmitas ad intima contemplanda vel tenuis admissa fuit diu ibidem stare habet. sive mutabilitatis fluxus non permittit.

Postquam igitur nos. quantum deus largiri dignatus est de invisibilibus ad invisibilem cognitionem pervenimus hunc iam mens nostra ad semetipsum redeat et quid conspexerat cognitione sibi utilitatis conveniens posset attendat. Quid enim nobis prodest si modo cognoscimus maiestatis celsitudinem et utilitatem nobis inde colligimus utilitatem. Ecce enim deus de illo intimo contemplationis secreto vultum. quid nobis tamen afferre potuimus. Deinde nisi lucem de regione lucis venientes. hoc enim dicens et necessarium est nisi aliud regione venimus ad fugandas nostras tenebras nobiscum lucem apportemus. et quis scire potest. qui ibi fuimus. si estimari non vidimus apparet quod. qui ibi fuimus apparet at quod ibi vidimus. Si ibi vidimus potentiam. apportemus lucem dei timoris. Si ibi vidimus sapientiam. apportemus lucem veritatis. Si ibi vidimus benignitatem apportemus lucem dilectionis. Potentia torpentes ad timorem excitet. Sapientia ignorantie tenebris cecatos illuminet. benignitas frigidos calore caritatis inflammet. Videte quos quod lucescit. nisi dies. et quod tenebre nisi nox. Et sicut oculus corporis habet diem suam et noctem suam. itaque oculus cordis habet diem suam et noctem suam. Et dies tot dies sunt in invisibilibus lucis. quibus interius spiritualis mens tunc distinguitur. Primus dies est timor. Secundus est veritas. Tercius est caritas. Primus dies solem suum habet potentiam. Secundus dies solem suum habet sapientiam. Tercius dies solem suum benignitatem. Potentia enim ad patrem. Sapientia ad filium. Benignitas pertinet ad spiritum sanctum. Alii sunt dies nostri quos habemus exterius alii quos habemus interius. Dies nostri exteriores tot tamen volumus transeunt. Dies non interiores si volumus permanere possunt. Dies de timore dei dicitur. quod in seculum seculi permanet. De veritate quoque dubium non est quod permaneat in eternum. quia et si permanet in nobis etiam tamen ipse quem est veritas per hominem interius manifestus appellatur. De caritate autem dicitur quod caritas numquam excidit. Boni dies isti qui numquam transeunt hoc est quod caritas numquam excidit. Boni dies isti. quam numquam transseunt. Nam alii dies mali sunt. qui non solum non permanent semper. sed nec admodum stare possunt. De his diebus propheta dicit. Homo sicut fenum dies eius. isti dies sunt quos meruit culpa. illi dies sunt quos dedit gratia. Dedit

[Margin notes: "ordo est cognitionis conditionis"; "Creatura creature"; "... cognitionis ... contemplatione ... primo ad ..."; "Nota bene"; "dies tres"; "... volumus ... dies interiores exteriores"; "dies mali ... dies boni"]

diebus dixit propheta In diebus meis invocabo te a.s. De aliis diebus dicitur. ante non est in
nocte invocaret. Item alibi dixit cotidie nocte surgebam ad confitendum tibi. Quod
illos dies suos nominat quia alios dies non amat. Sicut Jeremias dicit diem
hominis non desideravi tu scis. Isti sunt dies quibus plorans fuit Iob ut quarto capitulo
est quia mortuus est senex plenus dierum. Illa de aliis diebus plenus esse non po
terat. qui tristantur iam erant. Illos dies qui forte sunt solos mali nominant homi
nes qui iam minus dies inde meruerit. eos qui solis sunt non solum non di
ligunt sed eciam maledicunt. peccat inquam dicit beatus Iob dies in qua natus sum
et nox in qua dictum est conceptus est homo. dies illa vertatur in tenebras et non requi
rat deus desuper et non illustretur lumine. Illos dies ergo qui intus sunt potius homines
amant. ubi lux non sequitur tenebre ubi eternum solis illuminant oculi interiores
cordis mundi. De hiis diebus psalmista termit Annunciate de die in diem salutare
eius. Secundum est salutare eius nisi ihesus eius. Dicit enim interpretatur ihesus quod est sa
lutaris. qui ideo salutaris dies dicitur. quia per eum homo ad salutem reformatur
De ipso autem loquitur iohannes dicens. lex inquit per moysen data est. gratia et veritas
per ihesum christum facta est. Item paulus apostolus vocat christum dei virtutem et sapientiam
Dicit igitur dei sapientia ihesus christus est et per ihesum christum veritas facta est. Dies ergo
sapientie est veritas. De hac die suo ipsa sapientia iudeis loquitur dicens abraham
pater vester exultavit ut videret diem meum. vidit et gavisus est. Veritas
autem dei redemptio est generis humani. Hanc enim prius promiserat qui innumeram
eo per modum exhibuit quod aliud est scriptum vatum ostendit. Tracto autem
prophetiam hec veritas impleta est a qua omnis veritas est. Hec alius ad implendam
veritatem antecedens fuit nisi dies in quo omnis veritatis plenitudo consistit. Hunc ergo
abraham ad diem veritatis exultat quia impleri veritatem desiderat. qui perfecto
diem tunc per spiritum vidit. qui dei filium ad redemptionem humanam generis
venturum agnovit dicitur. Ergo Annunciate de die in diem salutare eius. die
scilicet de die primo in diem primum tempus. diem veritatis. de die timoris in diem
caritatis. Primus unus dies erat timoris. venit dies alter dies veritatis accessit
non successit. quia prior non discessit. Ecce duos dies habemus et tertium diem
in diem caritatis. Sed et iste cum venit priores non expulit. Hii dies isti tres
dies homines impleri possunt ubi fiunt superioribus priores non tulerunt ubi
unus tunc augetur claritas multiplicatur. Primum homines sub peccato constituti plage
inspicati sunt et receperunt. dominum time iudicem. quia cognoverunt inique
pressi ergo time hoc iam erat agnoscere. quia perfecto time nequaquam possent si
istud modo agnoscerent. Iam ergo aliquid lucis erat ipsa agnitio. Jam dies
erat sed nondum clarus. quia peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ergo dies
veritatis salutaris. quia peccatum ~~destruxit~~ destrebat destruxit. claritate priorem diem
illuminavit. et timorem non tollit sed in melius commutavit. Sed nunc diu plena
erat claritas donec adiungeretur veritati caritas. Nam ipsa veritas dicit adhuc
hec vobis dico sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis
docebit vos omnem veritatem. omnis ergo veritas dicit ut et mala tollet
et bona reformaret. Ecce tres dies sunt. dies timoris qui manifestat
malum. dies veritatis quia aufert malum. dies caritatis qui restituit bonum
dies veritatis clarificat diem timoris. dies caritatis clarificat et diem
timoris et diem veritatis donec perfecta fiat caritas, et perfecte manifestetur
omnis veritas, ~~et timor pene~~, et timor pene cessat in timorem reverentie
mutatur. ergo de die in diem salutare eius. De hiis diebus locutus est propheta
osee dicens vivificabit nos post duos dies et in die tercia suscitabit
nos. Ita qualiter dominus meus ihesus christus tercia die resurgens a mortuis
nos vivificavit audivimus et gavisi sumus. Sed dignum valde est

Plenus dierum · Peccant dies · Salutare · Ihesus quod salutaris · Dies Christi · Abraham vidit diem · Annunciate de die in diem · Dies tres · Tres dies · De die tercia vivificabit

ut recompensemus ei beneficium suum. et quemadmodum nos in ipso tercia die resurgente
eum resurgere in nobis faciamus. licet credendo resurreximus. ita et nos ipso ip-
som tercia die resurgentes eum resurgere in nobis faciamus. licet credendo et quem a nobis
sibi ipse velit reddi. quod pro ipse nobis voluit impertiri. Sicut ergo ut in terram in se et
ipse salutem operaretur tres dies habere voluit. ita et nobis ut interim in nobis et propriam
salutem operemur. tres dies dedit. Et quia illud quod in suo corpore est. non tantum remedium
sed et exemplum fuit. et sacramentum oportuit ut visibiliter fieret. quatinus illud
quod in nobis invisibiliter fieri debuit significaret. dies ergo eius corporales fuerunt. nostri autem spiri-
tuales quemadmodum sunt. Tres ergo dies hominis interioris quibus illuminatur anima nostra
Ad primum diem mors pertinet. ad secundum pertinet sepultura. ad tercium resurrectio
Primus dies est timor. secundus est veritas. tercius est caritas. Dies timoris est dies
potencie. dies patris. dies veritatis dies sapiencie. dies filii. dies caritatis est dies be-
nignitatis dies spiritus sancti. Sed dies quidem patris et dies filii et dies spiritus sancti videlicet
claritatis unus est dies. sed in mentis illuminatione quasi alium diem pater. alium filius
atque alium habet spiritus sanctus. Non quod credendum sit trinitatem que inseparabilis
est natura. in operatione posse separari sed ut distincte personas in distinctione operum valeat
intelligi. Cum non omnipotencia dei consideratur in admiracionem cor nostrum excitat
dies patris est. cum non sapiencia dei inspecta agnitione veritatis cor nostrum illuminat di-
es filii est. Cum non benignitas dei attenta ad amorem cor nostrum inflammat
dies spiritus sancti est. Potencia terret. Sapiencia illuminat. Benignitas letificat. In die
potencie per timorem morimur. In die sapiencie per contemplacionem veritatis a strepitu huius mundi
sepelimur. In die benignitatis per amorem et desiderium eternorum bonorum resurgimus
Ideo enim sexto die christus mortuus. Septimo die in sepulcro iacuit. octavo
die resurrexit. ut simili modo primum potencia in die suo per timorem nos a carnalibus
desideriis foras occidat. Deinde sapiencia in die suo intus in abscondito contem-
placionis sepeliat. postremo benignitas in die suo per desiderium divini amoris vivifi-
catos exurgere faciat. Etenim sextus dies ad laborem. septimus ad requiem
octavus pertinet ad resurrectionem // ~~Explicit liber tercius [illegible]~~

~~Incipit liber Hugonis De archa~~

~~Sapiencie~~

Qui gustata sibi gratia collata sit nescit. quantas largitori grates debeat non intel-
possibile est in ualitate sacrorum uelaminum circumuelatum et preparatum et ornatum
prouidentia paterna conaturaliter et proprie hiis que secundum nos sunt. Nisi enim prouidentia paterna
nobis ineffabili bonitate misericorditer prouidisset. oculis mentis lumine ipsius diuina lucere non posset
et ideo paterne et proprie prouidit nobis ut ipsum lumine preparet nobis. et coaptaret
hiis que sunt secundum nos rebus et similitudinibus et formis. et sic conaturaliter et proprie
quod est secundum naturam nostram. et preparare eos que natura nostre erat preparatum et coap-
tatum ostendit nobis condiuersi(?) semper(?) ut prima innotescat nobis ut ea que
conaturalia sunt. et parata nobis in deinde composita sacralis intelligantur a nobis. Propter
et sacratissima nostra etc. Et sic dicit Omnia per inuisibilia conueniet inuisibilia
dinumerauit. Ideo diuina sapientia que omnia disponit. et ad similitudinem angelice
ierarchie que in uisibili ordinata erat meliore. humanam ierarchiam formauit in terris
ut essent hec in hominibus sicut in angelis principatus et potestates sacre quibus humana
congregatio spiritualiter meliores(?) gubernaret ut conuenit disponere. Hominum in uisibilibus in-
notescat dispositio angelorum. Hoc est quod ait. Propterea perfectissima etc. .i. summa
ierarchia ipsa multis ineffabilis unitas aqua(?). et secundum quam sacre omnia .i.
sacre eius ordinationes disponunt. iudicauit sanctis nostris etc. .i. humanam. dignam
supramundana .i. spirituali uel intellectuali. imitatione celestium ierarchiarum. ut
eos spiritualiter imitetur et secundum illas disponatur. et ideo uarietates .i. uarie ac
multipliciter declarans ipsas. scilicet dictas .i. mundanas(?) ierarchias .i. spirituales et angelicas
materialibus .i. corporalibus uel inuisibilibus uel secundum uisibilia sculpturis figuris et corporibus
formalibus .i. aptis et compositis secundum nostram fortitudinem compositis. tradidit .i. transmutauit(?)
ut in hoc ea ratione(?) perduceret in uisibilium dinumerationem ad inuisibilem unitatem. ut nos
ascendamus tamen a corporis sacratis formis. que fortis ad deinde componit. ad alti-
tudines scilicet non figuratas. hoc est simplices et spirituales ascendamus dico propor-
tionaliter nobis ipsis. .i. secundum proportionem et mensuram donorum spiritualium. Similiter per
ea que facta sunt .i. inuisibilium agnitionem et ad sublime et simplicem et ad
eandem semper consistentem unitatem. altiores enim et sublimiores ipse sunt inuisi-
biles potestates. altiores quam dicuntur. similitudines incommutabiliter non figurate

simplicitate ad quarum cognitionem secundum dictam perfectionem et mencionatam illuminationem
proportionaliter nobis ipsis ascendimus perfectiones spiritualium perfectivum in nobis vel secundum donorum
virtutes nobis. secundum namque illa proportionem quo non dona gratiarum differunt percipimus in vita presenti vel
quod pertinet contemplationem. vel aliter per distributionem in nonum angelorum cetuum. Sic enim
proportionaliter nobis ipsis ascendimus quia sicut quod in presenti per dona gratiarum et graduum
dignitatum differenter disponimur ad invisibilis veritatis participationem facta et in invisibili
participatione sublevamur. ipsa autem veritas in nobis quando perficiat spiritualium dignitatum et
gradus et dispositiones ordinum figaliter. et materialiter figatur atque fortitur secundum situs
et actiones. et signa invisibilia que in vita sunt varietas ad declarationem apposita
que omnia in celesti atque angelica varietas secundum simplicem veritatem fulminis et nature
vite excellenti modo absque signis et figuris preter et conformiter constat secundum quam
excellentiam ipsos angelos ordines. altitudines theologia notat et similitudines vel quod
pulla immutabilitate a semetipsis dissipant. vel quia ea que in ipsis secundum simplicem
veritatem sunt quasi similitudines et opera esse videntur. eorum quasi perfigurans et imagines
assistunt. Ubi autem quod illa aliqua similitudo esset per ad illa nulla declaratio esset
nunc autem quia quod invisibilia sunt ad invisibilem emulationem divina sapientia in prima co
ditione formavit in secunda disponere operatur quasi rationali suo ad invisibilem cognitionem
ascendenti. signa et exempla demonstrationum constituit. Hec sunt enim in positione
non naturalem spiritualem imitationem dicitur vel contemplationem in celestem. quia omne quod celeste
est vel vita est vel forma est. Spiritualis autem natura vivit immaterialis dicitur. neque forma
est ut sit de alio. neque vita esse potest ut de ipsa sit aliud. in aliam autem manu
ductione celestia signa multum. quod sicut manuductione vite humana venit. ut ita
a sensibilibus ad invisibilem imitationem et contemplationem dirigatur. Ad imitationem quidem
perfectivum virtutis. ad contemplationem ad cognitionem veritatis. Nos autem nova conponere
et similitudine nova in eo operatur manuductio. quemadmodum et omnis homo tenebris
ignorantie sue obscura obvoluta ad hunc veritatem que non potest nisi dirigatur
et quasi totius manuductione vite quo non videt incedat. Ipso autem manuductiones
et ductiones quibus vite ad invisibilia tendens venit a sensibilibus sunt signis
et demonstrationibus secundum invisibilia factis. et hoc totum disponit et ordinavit per
sacratissima patrum dispositio. que greci ierotesia notatur. quod est sacrorum positio summa veri
tatis. aqua et secundum quam omnia sacra disponit et ordinat in celo et in
terra. que alio nomine theologo thelearchia [illegible] principium purgationis dicitur quia ab
ipsa omnis emundatio est et principium purgationis non solum ut bona fiant quasi
mala sunt. sed et illustrationis et dignitationis. ut meliora efficiantur que
bona fuerunt. Ipsa quidem summum sacerdotium vel summa principatus omnia emundans
et sacrificans et illustrans. hoc instituit et ordinavit. ut primo loco secundum ipsam
angelica natura in invisibilem formetur. et secundo loco humana natura ad eandem imaginem
per invisibilia excitata reformetur. quia non potest humanus animus ad invisibilem
cognitionem vel imitationem reduci. nisi per visibiles demonstrationes erudiatur. quia
et ipsa invisibilia adeo sit sancta sunt. ut secundum illa similitudinem et emulationem
quasi ad ipsa invisibilia accipiunt eadem convenienter declarare possunt. ut mens
animus humanus ductione vetus ad illa dirigatur secundum ista complicitate demonstrationis
illa estimans et ponderans comparatione sequentur. Visibiles quidem res summa tam
capitulo hoc est quam non potest mens animus ad invisibilem imitationem et contem
plationem ascendere nisi per visibilia dirigatur ita videlicet ut corporis invisibilibus

invisibilia arbitrari et estimare sciat secundum quod ipsa ad illa similitudinis habent et significationem
faciunt. Quod vero visibilium similitudines ad invisibilia mens animi ipse arbitrari debeat et esti-
mare quedam distincta subiectione complexa dicit ac si diceret. Ideo per visibilia invisibi-
litas demonstrata est quia non potuit mens animi ad ipsorum invisibilium veritatem ascendere
nisi per visibilium considerationem erudiretur ita videlicet ut arbitretur visibiles formas esse yma-
gines invisibilis pulchritudinis. Ceterum in formis visibilium pulchritudo earum consistit
quod ex formis visibilibus invisibilium pulchritudine demonstrari dicitur. Quoniam visibilis pulchri-

pulcritudo invisibilium

tudo ymago invisibilis pulchritudinis est. Ceterum in rebus visibilibus aliud est forma
et aliud essentia. Ideo quecumque visibilia sunt mutabili pulchritudine sunt. Quoniam quecumque

nota

non diversa sunt et non mutabilia inseparabiliter simul non subsistunt. In invisibilia autem quia
aliud non est forma et aliud essentia. Quoniam omne quod eorum est et simpliciter idem
esse pulchra sunt eo quod sunt. Et non pulchritudo illorum per partium compositiones
imminuit sicut visibilis nam videtur cuius forma per spatia locorum applicatur et figuras
compositas coaptatas disponit. Ideo alia est pulchritudo visibilis et alia invisibi-
lis nature quia illa simplex est et uniformis, ista autem multiplex et variata per por-
tiones conducta. Est tamen aliqua similitudo visibilis pulchritudinis ad invisibilem pul-
chritudinem secundum emulationem qua invisibilis artifex ad utramque constituit in quo quasi
speculamina quedam diversarum proportionum unam ymaginem effingunt. Per hoc ergo a
pulchritudine visibili ad invisibilem pulchritudinem mens humana convenienter
excitata ascendit. Quasi de similibus ad similia conducta facile in semet ipsam invisibi-
liter intelligens que sit eorum que foris visibiliter apprehendit ad invisibilia co-
gnitio. Nam per invisibilem lucem inspecta sibi mens animi ad invisibilia respiciens
facile arbitratur visibiles formas invisibilis pulchritudinis ymagines esse illi qui
invisibilis mens ipse habet animata quadam similitudine. Videntes eas per apparationem
et effigiem mirantes. Est enim in animo et invisibilis esse sic ipse animus in-
visibilis est et concipit totum ipse cum invisibilis est. Ex hiis que visibilia sunt
gaudium et amorem et affectum et diligit. Ex hiis que quedam visibilia sibi
et amica et cognata et spirat se illis voluntate et exultat in ipsis. Alia
autem apprehendit et odit et refugit et longe se facit ab illis. Amorem et dilectionem
et meditatur repugna ad se esse et disconvenientia et nulla societatis similitudine
atque inde magis mens animi composita natura docet quod invisibilia ad invisibilia
cognatorum habent et similitudine. Et quia ipsa visibilia ymagines sunt et similitudines
eorum que invisibilia videri non possunt. Cum ex hiis intelligunt ea que non videntur.
Et quia per ad totum illic in incommutabili natura invisibilis consistit. Quod visi-
biliter et sensibiliter natura mutabilis accepit ut ad invisibilia conducat. Est enim
hic species et forma que delectat visum et melodia iocunditas que demulcet
auditum et suavitas odoris que reficit olfactum et dulcedo saporis que in-
fundit gustum et lenitas corporis que fovet et blande excipit tactum.
Illic autem species est virtus et forma iustitia, misericordia dulcedo, amor et odor
desiderium, cantus non gaudium et exultatio. Contactus ac amari et desiderari
lati et quesiti bonum inventio. Hic enim anima ibi sunt et non ibi sunt
et habent eos que non non sunt ad similem. Per hoc intelligunt a nobis ex
hiis enim mens animi ad illorum cognitionem et imitationem ascendit arbitrans
visibiles formas. Quod vel natura per propria conditionem editas dicit vel sacras eloquiis
dispensatione ad declarationem faciendam in significationem proponit invisibilis pul-

studinis ymagines esse · et sensibiles fragrantias etc · i · dulcedines sensibiles
subaudi arbitrantur in animis figuras esse et similitudines · invisibilis distributionis
· i · dulcedinis que invisibiliter distribuitur · i · diversis modis tribuitur ut unusquisque aliis plus
alius minus accipiat spiritualis mensa et dona gratie largitatis · et ymmaterialis lucule
etc · i · spiritualis lucis subaudi arbitrantur in animis ymaginem esse materialia · i · corporalia
lumina · et ymmaterialium intellectuum etc · et sacras disciplinas · i · sacras scripturas · discussas · i ·
investigatas · et perscrutatas ingenio subaudi ut supra arbitrantur in animis ymaginem
esse · contemplative pulcritudinis · i · placere ac perfecte contemplationis que est
ymmaterialium · i · intellectualis plenum et invisibilis et capit et instruit · omnis
enim illa cognitio · quam modo perscrutatis eloquiis studio lectionis vel medita
tionis discimus est ymago tamen illius placere ac perfecte cognitionis · quam perfectius
experientia contemplationis habemus · bene et apostolus dicit · videmus nunc per speculum etc · et
quo nunc ex parte est ea que foris apparent sensibilia invisibilium ymagines esse
dicuntur · tamen ipsa vera scientia que ad hoc comparatur spiritualis · et invisibilis certitudinis
ymaginis et similitudinis loco ad illa estimentur et ordinati ad divina etc ·
et ipsum subaudi arbitrantur etc · ordines dispositionum que sunt hic · i · corporalis sunt
esse ymagines · celestis ornati radii · est enim quod habitus inveniunt hoc adiu
vare ad divina et qui tollerare in unum carnis desideriorum suorum et ordinate
ut recte mereatur adunare ymaginis predilectione et ordinare per dictorum adunare
ad eum et ordinare in immo animus ymaginis habitus invisibiliter ordinari et sub
sistens ymagines sunt ordines dispositi · que constituentur in gradibus et officiis
et ministeriis in sancta ecclesia dispositi · Sicut enim in una ecclesia diversi ordines
et dispositionis unius in unanimitate pacis et concordia sub ministerio et cooperationis
et ministerio sibi una perfectionis forma componitur · Ita et in unoquoque mentis contemplationis
consonis dispositio et ordo innascitur · atque agendi modus interioris harmonie forma
contemplationis dominatur et Ihesu participationis etc rursus intelligere · quod supra sunt arbitrantur
in animis · ipsarum assumptionem divinissime · rursus sunt arbitrantur in animis · ipsam
in animis · ipsam assumptionem divinissime · Ipsa enim assumptio divinis
assumptaz etc ymaginem esse · participationis Ihesu quia nunc
sume eucharistie · i · sanctissime perceptionis corporis et sanguinis Christi Ihesu · quia nunc
sacramentaliter et invisibiliter in altari tractamus · ymago est et forma illius parti
cipationis Ihesu · quam nec ei in spiritu predilectionis coniungimur · vel postmodum in celesti
patria glorie apparentes plena similitudine innotum domine hec notandum
in quodam nostri loco invenimus errorem suum dare putaverunt doctores · in
quo quidam nostri loco invenimus errorem [illegible]
sacramento altaris veritatem corporis et sanguinis Christi non esse · sed ymaginem
illius tamen et figuram [illegible] quia scriptura dicit · id quod in eucharistia altaris sunt
ymaginem esse illius quod in participatione Ihesu percipiet · et pro eo hic errorem
laqueum non incidunt simul sacramenta dicit vera et similiter fide suscipientur vel scripturam
tamen satis competenti [illegible] suscipient · sic autem quia in sacramentis dicit pictura
similitudo fidei respiciunt et in scriptura sanctam interpretationis formam tenere contemplantur ·
fit ut ipse sermo veritatis amplius amplius eos caliginem faciat · De veritate ullus
erroris veritatem ministrat · et tamen scripture intentio non est · sed legentium et
non intelligentium cecitas in sacramentorum confusio · sed prominentiam veritas · quod
aut periculose errarunt tot manifestis sermonibus et assertionibus non dubiis
verum ambiguum proferentes et in ipso magis mendatium quam veritatem eligentes

Eukaristie sacr. [illegible] hic notandum

non quia hec ibi magis dicebatur. Sed quia hec ab illis magis credebatur. Secundo est Amicus ideo
sacramentum altaris veritas non est quia figura est. Sicut et morte christi et resurrectione figuram
esse et ymaginem et similitudinem et sacramentum et contrarium apostolus manifeste declarat
dicens. Christus mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. ut peccatis
mortui iustitie vivamus. et apostolus petrus dicit. Christus passus est pro nobis nobis relinquens
quem contrarium est. ergo mors christi et contrarium sunt ut peccato moriamur. et resurrectio eius contrarium
sunt ut iustitie vivamus. hinc ideo veritas non sunt. ergo christus nec mortuus non est
et nec non resurrexit. Si mors eius vel resurrectio illa non sunt. Absit. Sicut dicit propheta scriptum
est. Vere languores nostros ipse portavit et tulit. ergo mors christi vera fuit / et tamen contrarium
fuit. Ecce ergo sacramentum altaris similitudo esse non potest et veritas in aliquo quamvis simili-
tudo et in alio veritas. Sicut tamen unum sit sacramentum tamen et distincta ponuntur. species visi-
biles et veritas corporis et virtus gratie spiritualis. Aliud est enim visibiles species que visibiliter
tenentur. aliud est veritas corporis et sanguinis que sub visibili specie invisibiliter creditur
atque aliud gratia spiritualis que cum corpore et sanguine invisibiliter et spiritualiter percipitur.
Christus enim in dominus species est panis et vini. Christus autem sub specie illa continens verum corpus
et verus sanguis id est christi qui pependit in cruce et qui fluxit de latere. Hec post pa-
nem et vinum corpus et sanguinem tamen significat. Christus sub specie panis et vini verum
corpus et verum sanguinem continet. et specierum quamvis visibilium sacramentum est veri
corporis et veri sanguinis. Corpus autem et sanguinem sacramentum esse gratie spiritualis
Christus quidem species aliud tenetur tamen res vel substantia alia esse non creditur. Sed res ibi
veraciter et substantialiter presens creditur tamen species non tenetur. Videtur enim species panis et
vini. et substantia panis et vini non creditur. Creditur autem substantia corporis et sanguinis
christi et tamen species non tenetur. Christus ergo videtur secundum speciem sacramentum est. et ymago illius
quod creditur secundum corporis veritatem. et quod creditur secundum corporis veritatem sacramentum est alius quod percipitur
secundum gratiam spiritualem. Sacramentum ergo altaris et eucharistia divina in suo corpore et sanguine
domini nostri ihesu christi. et ymago est secundum speciem panis et vini in qua tenetur. et res
secundum substantie sue veritatem in qua creditur atque percipitur. Et rursus quod invisibiliter secundum sacra-
menti speciem. et corporaliter secundum corporis et sanguinis veritatem christi in altari sumimus
sacramentum est et ymago eius quod ipsum eiusdem invisibiliter et spiritualiter secundum gratie infusionem
et spiritus sancti participationem in corde sumere debemus. Ergo divinissima eucharistia que
in altari secundum veritatem visibiliter et corporaliter tractatur et secundum panis et vini speciem
et secundum corporis et sanguinis christi veritatem sacramentum est et signum et ymago invi-
sibilis et spiritualis participationis ihesu que intus in corde per fidem et dilectionem
perficitur. Voluit enim sapientia dei que se per visibilia manifestat ascendere quamvis ipsa
cibus et refectio est per eam carnem assumptam in edulium proponit. ut per hu-
manitatis ad gustum invitaret divinitatis. Sed rursus humana infirmitas contactum
carnis horreret in assumptione consueti et principalis eduli speciem illam ve-
lavit. et sic sunmedia proponit. ut sensus in uno fovetur. et fides in alio edi-
ficatur. fovetur enim sensus in uno. dum solita tamen et consueta percipit. Edificatur autem
fides in alio dum in eo quod videt quale sit aliud quod non videt agnoscit. Proponuntur
ergo species panis et vini ut doceat plena et perfecta refectio esse in sumptione
corporis et sanguinis christi conditione christi. plena autem refectio cibus et potus
est. cibi autem et potus panis et vinum principalis substantia est. Proponuntur species que
principali substantia refectionis ut in ea sumatur et per ea significetur veritas corporis
et sanguinis. Sicut et ipse testatur dicens Caro mea vere est cibus. et sanguis
meus vere est potus. Et tamen corporis et sanguinis sumptio. quia sola sine spiritu-
ali effectu salutem non confert ipse idem salvator manifestat dicens. Caro

nichil prodest spiritus est qui vivificat. Virtus ergo et plenitudo spiritualis refectionis que in corpore et sanguine Christi est, per speciem quidem panis et vini significatur in perceptione autem gratie et infusione interne et eterne refectionis perficitur. Et sic quidem ad ea in uno ibi sunt in primo quidem signum invenitur sacramenti, in secundo autem ea tantum, in tertio non virtus sacramenti et veritas primum. et hec ea in uno sunt. et unum sacramentum. Clarat ergo quod divinissime eucharistie assumpto sacramentum est et imaginatio participationis Ihesu. Et quia hec corporis sacramentum visibile participationis signum est quod ei spiritualiter et invisibiliter unitur deiformius. Ipsa autem eucharistia, id est bona gratia, ipsa scilicet hostia sacratissima divinissima notatur. que divinos facit et participes bonitatis divinitatis eos qui se participant. Et quia ipsa est signum et veritas in qua vera caro Christi sub specie panis sumitur. et in carne eius digne sumpta ipsius deitatis suscepto et participato et consortium condonatur. recepta divinissima et sanctissima et sanctificans sanctificatio omnia et sancta. Et quecumque alia etc. Postquam quedam exempli gratia ad ostendendum visibilium ad invisibilia similitudinem apposuit, nunc generaliter de toto concludit dicens et quecumque alia etc. ac si diceret. Hec que superius memorata sunt visibilia arbitrari debet animus noster secundum exempla posita ad invisibilia similitudinem habere. et non solum hec sed quecumque alia etc. Non enim sola hec que posita sunt visibilia, id est forme, suavitates, lumina, discipline, ordines, eucharistie participatio, invisibilium habent similitudinem et divinationem sed et omnia alia invisibilia quecumque nobis visibiliter erudiendis symbolice, id est figurative tradita sunt et posita ad invisibilium similitudinem et declarationem. et non solum hec visibilia que nobis symbolice tradita sunt, id est invisibilium divinationem habent sed et illa quoque que celestibus essentiis, id est angelicis spiritibus supermundane, id est invisibiliter et spiritualiter, et non secundum nos tradita sunt, signa sunt invisibilium et imagines eorum que in excellenti et incomprehensibili deitatis natura super omnem intellectum subsistunt et sensum. et hoc est quod dicit quia non solum ea invisibilium signa sunt que nobis tradita sunt symbolice sed et illa quoque que celestibus essentiis tradita sunt supermundane. Habent namque et ipsi angelici spiritus signa sua et divinationes, per que de invisibilibus dei et valde occultis et secretis absconditis intus et moraliter et invisibiliter et simpliciter erudiuntur. que quidem signa quamvis ad nos invisibilia et inmaterialia omnino estimantur, quantum tamen ad illa multum visibilia invisibilium et inaccessibilium lucis et incomprehensibilis deitatis que subsistit et precedit ambitus ad divinationem. propter quod et ipsa signa que superveniunt mentibus scilicet angelicis divinitus illuminatis theophanie, id est dei apparitiones vocantur. quia in eis ad manifestationem venientibus id quod omnino occultum dei divinatur. Hec ergo sunt que celestibus supermundane traduntur. non secundum ea que apud nos demonstrationem sed invisibiliter et simpliciter apparata. Multa quidem et diversa similant de hec contemplationis genere que dicuntur theophanie, id est dei apparitiones divinitus apparate mentibus illuminandis superveniunt. et eas de occultis et invisibilibus dei nimio et abscondito et secreto ac singulari modo erudiendo sapientes efficiunt perpetue. Quod hic dicit quod quidam in cogitationibus suis evanuisse inveniuntur. dum vanali animo omnino incomprehensibilium, id est divinis apparitionibus vel similitudinibus divinis et inaccessibilium predicantur per quas theophanias quibus deum, id est divinis apparitionibus vel similitudinibus divinis in contemplatione positis de ipso erudit. Ipsa autem est quedam sanctificatio absconditi deitatis inter sacramentales nos et dominum media ponit altiora quidem mente in sua deitate. et hec quod solum

de deo videri ut potest quam in se ipso cuncta mente vel alio videri posset sed simulacra
sunt eorum et fantasmata vanitatis in quibus deo solido ditatis luce insensibilem
et perceptibilem tenuat asserere nam ditat cognitionem et in spiritu mentibus sicut
probavit auctoritate quondam enim et in illis solum deum videri et quilibet non videri nec unquam nec
videri et verum unquam videri. Ergo ymago sola sed videt veritas unquam videtur quam ymago
veritas non est. et tu de veritate es. Tollant ergo fantasias suas quibus hinc metu
veritatis ab umbrae vitiis. neque enim deum in simulacris creationum suarum invenire se
putat. quia nos sicut solum non potest ad potest ipsum ita nunc sistere usque ad ipsum
ipsa ergo theophanias alio modo et veritati constanter estimemus. Sicut enim duo
sunt. scilicet lumen sed et quod suscipit lumen corpus. sed et cohesis duobus unum efficitur
lucens et ipsum lucens ymago quedam est. et splendor luminis meo quod lucet sicut ipsum
lumen. ita et deus ut lumen est et verum lumen est et ipsum lumen rationalis anime
videri et prius concepit. cum eo lucentes sunt et non sunt ipsi ymago luminis meo
quod sunt sed in eo quod lux quod lumen sed ipsum lumen lucet et sunt ipsa lucentia [illegible]
[illegible] luminis in quibus lumen videt quam aliud lumen videt sed ultimus [illegible]
[illegible]. Ideo et qui ipse lumen videt lucentem se videt quod perfecto non videt. sed non
lucet et se lucentem non videt. Ergo non consistimus ad videndum deum in nobis et nos. sed
immediate unde facimus et nos ad ipsum et ipsi usque ad nos ut simus in ipso
et ipse in nobis. et non sit aliud quam ipsum in quo beatificamur. sic ad non potuit
esse per ipsum a quo creationem per hoc ergo super deum summam theologie ad comediorem
intelligentiam interpretationem [illegible] cum dicat invisibilia quedam per ea que de creatione
sunt invisibiles ymagines demonstrationum nunc quale de ipsis invisibilibus summam sub
iungit dicens et quecumque alia etc. ac si diceret non solum illa invisibilia quorum signa
composita sunt in manifestationem venerunt sed et quecumque alia invisibilia quibus
quid. scilicet hominibus symbolice vel figurate et perceptibiles demonstrationes que nobis tradita
sunt hec est composita et manifesta celestibus autem [illegible] vel angelicis spiritibus
supermundane vel spiritualiter pura et simpliciore veritate revelata. propter hac
ergo corporale theologie vel demonstrationem que nobis est corporalis vel [illegible] apta
[illegible] est enim ut per ea que nota sunt nobis divinorum participes efficiamur. propter
hec autem ergo etc. quasi diceret quia hierarchia humana non potest de invisibilibus erudiri
nisi per visibilia et cognita ac cognita sibi. Ergo invisibilis principium perfectionis
vel deus a quo omnis perfectio initium habet sic in ipso consummatione caput et finis sola
gratia et [illegible] ut nos ad sua cognitionem revocaret et feliciter reformaret
manifestans nobis celestes hierarchias vel angelicas potestates. et perficiens etc. in nostram
hierarchiam consistit eorum vel celestium hierarchiarum ut sit illis et in dignitate
conformis et in ministerio divino similis. Formata in nobis feliciter difformis eorum
sanctificationis ut simus consortes sanctificationem eorum qua deo conformes sunt
adducuntur [illegible] vel quam plures esse possumus quam homines et mortales. et pro
ad hoc [illegible] simus descripsit super celestes intellectus vel invisibiles spiritus quos nobis
[illegible] erant sensibilibus ymaginibus ut per nota incognita discernamus
et hec autem descriptiones fecit in sacris ~~eloquiis~~ compositionibus vel in sacris eloquiis
descriptionibus que compositiones et figuras et similitudines ponunt nobis ad in
visibilium demonstrationem. et hoc ideo fecit ut nos reduceret per sensibilia
ad intellectualia hoc est per visibilia ad invisibilia. et ut nos reduceret
compactas figuratas symbolicas hoc est de figuris sanctis et sacris [illegible] scripturas

simultatem. hoc est in simplices et spirituales excellentias et congregationes celestium ierarchiarum. ipsa
enim illas in sensibilibus signis descripsit ut eas nobis intelligibiles faceret et ad eas nos imi-
tatione conformaret.

Primum dixi et dico nunc ne nos comparatione [illegible] quam i. ierarchia Dyonisii potentiam [illegible]
suscepit non ut perfunda [illegible] sanctitati perscrutari sed ut detecta solum et in luce exposita tota
libentius. hoc enim introducentes primum magis conveniens est. precipue quia illa que differen-
da consumimus magna nimis et sapientia nostram possibilitatem agnoscimus.

Quoniam in principio dixi et [illegible] iam diximus quid sit simbolum collatio invisibilium i. comparatio in-
visibilium formarum ad demonstrationem rerum invisibilium proportionata. Hoc est. cum spiritum celestium naturam
comprehendere volumus invisibilium quid multus denarios sed et alas avium in corpora corporalis
speciem coaptamus ut parvuli homines qui solum comprehendunt visibilia vocem [illegible] ipsi eos in invisibi-
les spiritus rationales et sapientes esse intelligant. per alas autem agilitas nature illorum et
velocitas ad omnia motus exprimatur. Ostendit ergo in primo capitulo generaliter de omni ierarchia di-
cens quod summam scripture opus [illegible] ad doctrinam perducant primum quia omne bonum
a summo bono participatione multiplicatur et omne bonum ad summum bonum similitudine et co-
nversione convertitur. Deinde quia convenienter scriptura est ad declarationem in invisibilium invisibilia sig-
na assumpsit. Nunc sequenti capitulo ostendit sicut titulus ipse proloquitur Quoniam multiplice
i. apte et convenienter manifestat hoc est repertatur et significatur manifesta fiat divina
sed ea que in summa sunt ierarchia et celestia que in angelica sunt ierarchia utraque hec
manifestat convenienter non solum [illegible] simbola i. non solum potentes corpulentias [illegible]
corporum maiestati congruas sive consimiles figuras et formas sed etiam per dissimilia simbola
i. per tales formas et descriptiones que ab eorum excellentia aliene et prorsus [illegible]
que videantur. Et quod aliquibus minus decens esse videatur sed bene considerantibus ratione
magna et dispensatione [illegible] ordinatum invenitur. Ratione quidem ut divina aliena in
demonstrationem assumpta timeamus. illa quoque que congrua esse videbantur [illegible] ad aliena
esse et dissimilia a summa veritate cognoscamus. dispensatione non ut divina illa que
moneo [illegible] in divinis collocata non sustinet significationem illorum [illegible] alia quam
que digna videbantur at [illegible] et ipsa [illegible] potarint figurativa esse et perpetue
veritati adducta velatum posset dubitari. Ergo simbola similia in demonstratione
adhuc [illegible] sunt. ut in invisibilium veritate ipse consimiliter ostendunt. Dissimilia autem
ut significanda figura ad veritatem convenire et convenienter [illegible] que non esse non po-
terant demonstrarentur. Ergo [illegible] simbola prestant ipse tamen dissimilia simbola
[illegible] significatione quam si illa [illegible] speciem pulcrore. sed ista significatione tenent
manifestiorem. illa veritate ostendunt. ista absurditate sua [illegible] ista sunt veritate
significant ut facile possit videri omnibus in hiis determinari. ista sunt erudiunt ut non simul
significant ut facile possit videri omnibus. in hiis determinari ista sunt signa veritatis tamen aliqui
insipientia venerationem [illegible] falli ista tamen sunt signa veritatis tamen aliqui
fortasse [illegible] [illegible] excellentiam speciem recipi faciunt nisi ista signa [illegible]
veritas non [illegible]. et sic propria veritas [illegible] aliud est enim veritas atque aliud signum ve-
ritatis quia signum veritas non est et tamen veritatis signum est et verum est. Illa ergo signa eiusdem
tamen demonstrationem faciunt que et similitudine qua appropinquant veritati ipsam veritatem
manifestant. et dissimilitudine qua elongantur veritate se non esse veritatem sed signa tamen
et imaginem veritatis demonstrant. Hoc est ergo quod in isto capitulo demonstrat intendit
sicut capitulum ipsius exprimit. Etiam ergo divina et celestia perfecte et decenter
non solum per similes sed etiam per dissimiles formas et figurationes demonstrantur et quia illa
sicut quidam estimaverunt [illegible] divinis et celestibus non in [illegible] fiat sed aliqui
in scriptura sacra per similes figurationes et que ab eorum excellentia remotas et indignas

figurent quemadmodum in scriptura deus plaustro et angelis bobus comparantur
etiam cetera in hunc modum

Oportet ergo ut estimo ut prudenter recipiat affectionem suam ut predicte dicit in
rebus excellentibus et assensum humano remotis. ultra humanam possibilitatem
existimare videtur dictis. ut estimo vocat enim ipse quod dicebat qui ab eo
doctus erat quod videbat et probabat / et finaliter modestia dictionis ut sub humilitate
non elatione quenda et non i nemenda ostendere oportet ergo ut dicimus hic scribo galli
considerant a modo inductionis legentibus exponit que sequentia capitula signant ergo
ponit primum generale omnis ierarchie diffinicionem secundum continuam ierarchie utilitatem / tertium
ipsarum formationis et dispositionis quibus celestes virtutes signavit civitate / Quartum que
corporis que in spiritu adinspiciendum declarationem et laudatorum exponit inces humana
considerationem i que in unaque utilitas assistat tertio quod excellentia in spiritu ierarchiarum
in spiritu signa ostenditur quarto civitate signorum et diuinationem inuitatorum cognoscere
quarto signatum assumptio imitatione consignata fore per / oportet primum exponere quod speculationem
i qua diffinicionem estimamus esse omnis ierarchie i quo generalis et vel diffinienda
est ierarchia. Diffinicionem autem iterato speculatorum vocat quod diffinitio rei quasi speculum
est in qua ymago rei ita tenetur sicut in speculo materiali corporis oppositi ymago tenetur materialis
diffinitio tenetur que diffinito et convenit et in toto in venitur Quoniam enim dicit principatus
angelicas ierarchias esse unum dicit sed vel non diffinitur quod in temporibus ergo ierarchia
invenitur tertio quod dicit ierarchia et ordine unum dicit quod in potestas est ordo est sed non
toto dicit quod non omnis ordo ierarchia est quia non omnis ordo potestas est Itaque
vocalis diffinitio est que omni convenit et convertitur toto / habeat ac quicumque
ipse positivus est et oppositus est nos in punti accipere non oportet / Deinde sequitur
ad complexius que exprimere vel componere oportet videlicet quod possunt unaque
ierarchia laudatoribus ymnis i divinis laudatoribus suis hoc est quid vel quod possunt
unaque ierarchia i sat potestas divinis laudatoribus suis i celestis qui in ea constituti et
ordinati deum laudant sive laudes divinas celebrant et cantant / Omnes enim
ierarchie ad laudem divinam ordinate sunt et instituite sive superiores sive inferiores
ut ab omnibus laudetur deus aquo et per que sunt omnes et in omnibus omnia ergo quod
excellentiores sunt amplius laudant / et quod amplius laudant sublimius conveniant
Itaque omnis ierarchia tunc divinis suis laudatoribus prodesse ergo accepit per gratie distributionem
et dona largitionis. ut sit vel in cognitione sublimior vel devotione
ferventior / Secundum enim gratiam sunt dona / et per dona sunt munera et per dispositionem
virtutum primorum dignitas constat / Omnis quoque ierarchia dei laudatoribus suis tunc
in primo possunt quantum contulit in dona quia omnis dignitas et potestas per
ministerium et officium gratiarum quia dei laudem exclamare et gloriam predicare et
annunciare potuit instructum retributionis conferat / Et et ipse celestes virtutes
quibus ipsum primum est deum laudare. tunc singule per ordines suos et dignitates
in principatibus et ierarchiis suis utiles accipiunt ergo plus vel minus in
laude certatis pro donum gratie cooperante assurgunt Deinde autem oportet i post
posita diffinicionem omnis ierarchie et utilitate oportet laudare celestes ierarchias i
angelicos principatus i laudes eorum et scire et diiudicare secundum ipsos vestes
ierarchiarum in eloquiis manifestatorum i per quod laudes eorum in eloquiis scripture
divinis septimus manifestant exponit enim in sacro eloquio figure et de

demonstrationes quibus virtutes et laudes angelicas prenotatum declarantur quas actori
percipiendas et considerandas dicit ad angelice ierarchie manifestatorem. Sequitur Conceptibus
ex hiis .i. consequenter pro ista supradicta vel consequentibus hiis. Hoc est in hiis que sequuntur oportet
dicere. qualibus divinis formationibus etc. At si diceret quomodo oportet considerare quod eloquia divina
celestes virtutes per descriptionem formationes laudabiles producunt. Deinceps quales ex sint
ipse descriptiones et formationes quas divina quadam ratione in eloquiis super celestium
virtutum declarationes figurant. Novissime autem oportet considerare ad quale optimum
ascendendum per formas virtutum. Non enim sufficit hoc solum quod invisibile invisibile contemplando
vel ex summa sciamus quale operatur quod illo quod invisibiliter deiformat invisibiliter imitando
cogitare. Non enim putamus hoc solum esse quod invisibile ad demonstrationem divinum invisibiliter imitari
per teipsos efficimus destinamus quod secundum civitate ut sciamus ad esse quod solis sensibus
erudiendum apponit. ad hoc quod intus eius dispensando respondeat et docto hoc dicere oportet
ad quale imitare ascendendum debeamus ab hiis figuratorum invisibilibus formis ne nos
ex sic multi estimemus/ Hec omnia que ex figuris celestium in scripturis proponuntur
figurate ita esse sicut quemadmodum hic mystice figurantur in similitudinibus et formis
et figuris ad corporalia tamen et sensibilia pertinentibus que in divina et spiritualia
omnino non cadunt. Hoc est enim quod sequitur Ut quod non et nos vel ut eidem multis
estimemus in mundo etc. quemadmodum multi estimant celestes et deiformes animos .i. spiritus
invisibiles et incorporales et dicunt non corporum similitudines atque formas habentes multipe-
des etc. quemadmodum videt figurative in eloquio sacro sub figuris et formis animalium
describuntur ut in ezech. i. et zach. et mich. et aliis prophetis. angelici spiritus pro alia
figurantur quadrupedia et volatilia. et cetera ad hunc modum et ne estimemus
eos quosdam ideo sunt multorum vultuum etc. .i. multos vultus sive facies habere ut
in ezech. scriptum est de animalibus factis. quatuor facies uni erant. Explicatur ad statum
ecclesiasticum vel apostolos vel quoslibet iustos quorum refert. sive etiam de illis angelis in incar-
natione ubi et passione et resurrectione et ascensione annuntiatibus et in hiis omnibus
ubi incarnatio cristi familiam consequentibus in conuentu accipit. Sequitur et ad bovum
pecudalitatem .i. similitudinem forma est bovem que pecudalis est non angelicam
ezech. forma hominis vel vituli in animalium figuratione computatur. aut ad leonum etc.
.i. admirationem sive imaginem leonum que bestialis ac spiritualis ac rationalis
nature indigna. sic in ezech. facies hominis et facies leonis in figuratione aliud
memorat. Et ad aquilarum eius rostro compressio designa monet missionem sic in
celis adinvisio eas quin hic putat spiritualis nec similiter complectens asserta viso et at
quin descriptione ezech. et facies aquile memorat. Sequitur aut ad volatilium
hirsuta etc. Sicut in ys. scriptum est de solio sedentis. et templo seraphin stabant super
illud. sex ale uni et sex ale alteri. duabus velabant caput. duabus velabant
pedes. et duabus velabant etc. et aliter quin duabus tegebant corpora sua. ubi
quidem ipso alarum plurima et divina distinctione. et sua vel hirsuta cogniti
inveniuntur. Sex enim ale hinc et hinc inicio sicut circa pia alarum efficiuntur. Sequitur
et rotas quasdam igneas etc. subaudit necnon pennata. sive igneum etc. et ne
igneum. eos thronos materiales etc. cum divina natura que sola eius preter
sublimitatem non exercet. De rotis autem igneas. et thronis in libro danielis
testatur thronus. et ipsa. et in mich. / de solio excelso et sublimi sedentis
/ et in apoc. similiter invenimus / et arcuifices et auspicatores .i. principes

et duces milicie arma ferentes sine armis indutos. sicut in zacharia legimus et in michea
vidi dominum sedentem super solium excelsum / et exercitus celi adstitit eius et assistebant a dextris
et. currus et equos et equites in motibus igneos variatos, et helyseo et puero
eius in auxilium eius venientes / archistrategi dicti sunt qui duces vel ductores prin
cipum exercituum. compositum nomen ab eo quod est archos. i. princeps et stratos quod est exer
citus et egemon quod ducem vel ductorem significat / archistrategi itaque duces intelliguntur
principum exercituum qui ipsos ipsis et principibus principantur sine ducatu per exercitus superiores
Sed quod omnia ab hiis que sunt circa nos sunt consimilitudine supposita / atque illis spiritibus celesti
bus omnia que in ipsis invisibilia sunt significanda attributa sunt a nobis accipienda sunt
ut scilicet ita in ipsis esse non estimemus sed per alia que in ipsis nobis invisibilia sunt insolite
composita percipere studeamus / non enim per corporalia corruptibilis ad illorum indicia attingit et
composita quodammodo in nuda estimatio est. que sic distributione tam similia et indig
na. convenienti nature proprietate attribuit. Et hinc ergo est sine quecumque alia theologicis
i. scripture nobis sacre et formaliter i. sacra sacre rei formatione vel figuratione tradita sunt
in varietate manifestorum symbolorum i. figurarum et descriptionum sacrarum quibus manifestantur
secreta et abscondita. omnia sic accipiamus ut sint similitudine et significatione et illa de
quibus sic dicta sunt omnia vera esse credamus et tamen nichil horum in illis proprietate cogi
temus. Et enim vel etc artificialiter theologia etc. Ad hoc videtur quod super dubitat considerandum
esse qualibus formationibus sacra scriptura celestes ordines figuraverit. ac si diceret. composita
ipse formationes celestium ordinum in sacris eloquiis diligenter inspiciende sunt. quomodo ideo
facte sunt. ut mens nostra ad invisibilium cognitionem per visibilia et nota revelarentur i.
illuminarentur. Et enim vel etc artificialiter. i. vel potius sic considerate nostra est theologia. i. scriptura
poetice. i. sacris formationibus. i. descriptionibus formarum vel figurarum ad sacra vel sacra
reputanda composita. formationibus poetice. i. excogitatis et adinventis ratione et corpo
reis consimilitudine instituite redditionis in non figuratis intellectualibus. i. spiritibus sub figura corporali
vel forma in sua simplicitate consistendis significandis. mens nostra ut dictum est supra in primo
capitulo. cum revelatas ablato ignorantie velamine. ut nuda et aperta facie ce
lestia contempletur. et ipsi supra animo quodammodo equali reductione providens ut mentibus re
ducatur ad invisibilia cognoscenda instructionis gratia que qualia et quanta illi sunt
et adipiscatur. sum mens nostra. reformans vel coaptans sic contemplans. sacras scripturas
anagogicas ut per ipsa nobis gratiam ad nos descendat. et postea ad superiora reducendo
cando illuminantes sublevaverit. Sed quod theologia vel artificialiter fecit ut nobis lo
quens nostra susciperet. et propria divinitatis et eruditos ad sua nos sublevaret
Sed tamen ac videtur etc ac si diceret. sed tamen fortassis hoc probandum videtur mihi quod ipsa theolo
gia ad significationem invisibilium pulcritas et dictus ab hiis que nostra sunt formas
assumpsit. reprehensibile aut etiam contrarium illud quod inductorias est etiam dignas
tante et maiestati similes apponit. videlicet composita theologia non solum similes
sed et dissimiles in divinatione divinorum formas assumpsisse. ut quod quod dissimile et quasi
alienum manifeste de ipsis per figuram dicit. et illud quod proprium videtur potius figuram
et alienum ad proprietatem cognoscat. hoc est quod sequitur. Sed tamen autem videtur sacras quidem
etc. hoc est dignum esse ut recipiat sacre compositiones. i. figurationes sacre que de ipsis
divinis et invisibilibus facte sunt. ut pote de hiis que simplicia et incomposita sunt
figuratione corporali et forma. ac prius. nobis quidem corporalia tamen contemplari et co
gitacione nominis ignota et incontemplabilia subsistunt et in se invisibilia signa
et divinationes invisibiles ostendit. ac propterea ab humano corde non possunt. Sed tamen
quod videtur dignum et iustum propter eius modi eas sacras compositiones recipiendas

esse ita dictavat si pulchre et decentes tante puritati fuerint. nunc autem i. decentes
et incongruentes estimat ille multis quibusdam statum mentium i. spiritum. despectiones
que in eloquiis sacris facte sunt et estimat ille esse in deus esse de angelicarum nominum
ut sibi theatrale multis significatio ut multis angeli boves et leones et aquile
et tamen ethereum etc. hujusmodi inducuntur et nominentur quod prius sua estimatio theatrale
multis. ethereali i. receptatione et irrisione dignum. nobis autem perfectis et recte
credentibus sic dicit divina. vel omne sic dicit divina i. omnes sic divine et i. honores
dictaciones et despectiones quod quasi quoddam angelicarum nominum theatrum. vel sic estimat
ille sic dicit. i. sic dicentes. de hoc quod in scriptura fingitur quasi divina i. conformiter
et i. deus angelicorum nominum theatrum etc. et sic ille aut theologos vehementes
vel despectos. ad corporum formam i. ad male figuratos. universaliter i. omnino
incorporalium celestium multis et invisibilium fecit ea. si invisibilia et manifestare
quod prius posse esset eis propriis et cognitis figurationibus i. congruentibus et similibus
sumptis apud nos. i. nunc invisibilia ista. compreciosissimis apud nos speciebus que pre-
ciosissima sunt apud nos. et commaterialibus quoquomodo i. potius quecumque quo-
i. aliquo modo immaterialia esse videntur et incorporalia. sic multis lux. et ignis et
splendor et calor et cetera hujusmodi que tamen materialia sunt et corporalia multum tamen spi-
ritualis nature subtilitate et puritate appropinquant. Si ergo dicat ille potius preciosis-
simis et aliquo modo immaterialibus et supereminentibus essentiis debent theologos
supposuisse figuras eorum que omnino incorporalia preter que fere immaterialia et in-
corporalia sunt. vero incorporalia figuraverunt et si ad hoc dicat. non debent corporeitas
esse tertias et novissimas. i. ultimas vel infimas sine ablatas. multiformitates
i. compositis formis et variis corporeitas figuras. deiformibus simplicitatibus i. spiritualibus
naturis. que quia deiformes sunt in gloria. et quia simplices in essentia. tertie
et novissime multiformitates eis omnino attribui non debent. et si dicat ad hoc
hoc quod. i. si compreciosis et supereminentibus essentiis figure invisibilium sequentur
et tertie et novissime multiformitates deiformibus simplicitatibus non componentur
vel aptarentur. hoc quod et minus sublimius fuerunt etc. i. sublimius nos ad cognitionem
spiritualium conveniret. vel hoc quod minus esset. quia corporale esset et materiale
et sublimius fuerunt etc. i. divinis et spiritualibus minimis. ut conveniens parte rationabilius fieret
et plus quam minus esset. i. familiare et cognitum nobis erudire nos posset. et plus
quam sublimius et dignius foret. spiritualium excellentie et dignitati conferret et sic non
divinas i. celestes et spirituales manifestationes non deduceret incongruentes dissi-
militudines quaedam iste despectiones faciunt quo excellentius et novissimis
essentiis plenitudines incongruentes et dissimiles rebus spiritualibus adducunt. hoc est
i. si compositas et decentibus formis tamen spiritualium figure fierent. non faceret
nimias indignas virtutes. i. congruentes formas eis attribuendo quod facere inconveniens
est. et eque i. similiter. non seduceret animum nostrum. sic ista deinde in diversis formis seduc-
tit ut aliena de illis virtutibus et indigna cogitaret. dum se in istas inmundas
ingerit vel ingerit conformationes que de ipsis indicunt facte sunt. et fortassis ad hoc
aliud de hujusmodi temporibus compositionibus malum conveniat quod estimabunt super celestia
repleri vel repleta esse leoninis quibusdam et equinis multitudinibus i. multitudinibus
equorum et leonum. et mugitua laudum oratione et volatilium angelorum principatum
quod leonum et equorum et boum et avium quorum mugire et hinnire et volare etc. quod
laudare deum non possunt. non mugiendo vel rugiendo. aliis [illegible] et estimabunt

omnia celestia non solum simplicibus sed et aliis animalibus et materiis ignobilioribus ne umbris
et strabonibus et aliis huiusmodi que prefigurationum de spiritualibus dicta inveniuntur repleta tamquam
reclusa id est patefacta et apta sit ipsa celestia ad inquisitionem in quemvis [illegible]
et passibile ut huiusmodi admittat inquam et secundum omnia estimabunt. Sed describunt solitudines
manifestationes eloquiorum quas ad manifestationem proponunt clare id est manifeste descriptiones
Si enim ergo hoc totum videtur ut sicut usque perveniat summa et deinde ita inferatur
ei quidem ita iudicii solas superpulchritudines et excellentes species spiritualium et divinorum signifi
cationum appositiones. Sed tamen sequens veritate diligenter inquirat potius agnoscere quia
sapientia divinorum eloquiorum utrasque convenienter apposuit. Hoc est quod sequitur. Sed imitatur
ut estimo inquisitio etc. celestium et spiritualium ita neque in divinas etc. id est ut neque per ipsas
similes formationes vel figurationes et iniuriam facit divinis virtutibus id est spiritibus qui
divini sunt et patri et in corpore. Quod tamen fortassis aliquis iniuriam diceret et dictum
putaret tamen iniuria non sit. Neque nos per easdem figurationes insigere passibilium
viles similitudines immanissimum. Verum quod enim sapientia divinorum eloquiorum providit et tamen ut
per ipsas similes figurationes neque divinis iniuria facit neque animum nostrum ad viles
figurationes vel estimationes falsas inflectit. Et quidem primum quod divinis et invisi
bilibus manifestationes corporales et visibiles figure et forme apposite sunt, nunc ita et
convenienter causa demonstratur. Quia fortassis aliquis non unam diceret esse sed duplicem id est non
solum ideo quia illa in ipsa animo nostro manifestari non poterant, sed etiam ideo
quia misteriis et enigmatibus mistica descriptionum ab impuris mentibus et animali
volis omnia sacra tegenda fuerant et claudenda. Ita inquit misticam descriptionem
tam aliquis diceret. Quod tamen ipse indubitanter et veraciter dicere potuisset modeste alteri
attribuit ne forte sua auctoritate commendare videretur. Hoc ergo est quod ait: Et omnia quidem
omni pulcre etc. Quod usitatum latinum idioma lingue convenientes glomerantur. Sive
quia per anod legatur ut sit sensus quia quidem est id est ab dicere non unam esse tantum
causam per invariam analogiam id est non solum invariam analogiam esse huiusmodi rei quod prolatae
sunt pulcre id est convenienter a sacro eloquio attribute sint forme et figure illis cele
Ipsa ergo sapientissima theologia .i. divina scriptura que sacra divina sapientia ad humanam
cognitionem educit. revelavit pulcre .i. convenienter vocat theophaniam visionem illam
que in ipsa descripta est ut potentem divinam similitudinem informium .i. spiritualium et corporalium
formam non habentium. naturarum in forma visibili vel figuris visibilibus similitudine expressa revelavit
dico pulcre vocat theophaniam. conductione videntium in divina .i. per eam videntes in
divina cognoscenda reducuntur quasi propriam videntibus divina sua illuminatione et quod divinos
ipsos sic perficiendo .i. non solum quia divina videntibus manifestavit sed quia ipsos et
videntes divinos efficit. Has autem divinas visiones gloriosi patres nostri perceperunt per
medias celestes virtutes .i. mediantibus celestibus virtutibus per quas ablatione cogitati
reducte sunt. adepti sunt et instituti et perfecte comprehenderunt visiones istas gloriosi
patres nostri. Aut non et sacra legislatione et visione inquit tradicio eloquiorum .i. auc-
toritas scripturarum dicit sacram legislationem donatam esse moysi a deo per se nullis mediis
intervenientibus mediatorem in legislatione inter deum et moysen sed ipsum per se deum mo-
ysi latorem fuisse testantes. Sed et docet nos etiam mediis legem esse sacros et
divinos caracteres .i. sacrorum et divinorum signa que in visibili in legislatione gesta sunt
alia quedam invisibilia signata et determinata ostendat sicut scriptum est. Facias ergo
tabernaculum iuxta exemplar quod tibi monstratum est in monte. Eodem sicut ergo
modo et ipsa visibilis manifestatio ac malis allocucio quasi invisibilis dei et divina
manifestatio perduxit. et que occulta erant signa ad cognitionem duxit. Iniqua tamen visibili
manifestatione ministerio angelorum mediante tum ita operatus est ut id quod ergo
visibile factum est et dici dicti posset. per prima auctorem et angelorum possibilem operacionem
huic [illegible]. Docet autem et hoc sapiens theologia per angelos etiam in
nos provenire. Non solum inquit testatur theologia legislationem donatam moysi
a deo mediante sed docet etiam secundum legem provenire in nos hoc est ad maiorem cognitionem
opportunam per angelos ut apte determinet qui illa legislatio et dei erat operum
auctorem precessit. et angelorum erat quorum etiam ministerium sic exhibuit tamquam inquit
divino legali ordine illud legaliter ponente hoc est prima secunda in divinum reduci
[illegible] inquit scripta legislationis a deo per angelos in hominibus ordinata ostendit tamquam
ipso legali ordine divini [illegible] illud legaliter ponente .i. sanctum reduci in divinum per
[illegible] divina lex prima a deo in angelos ac deinde per angelos in homines processisse
perhibet manifeste ostendit per prima et superiora etiam secunda et inferiora [illegible] ad divinam
cognitionem reducuntur. Etenim non solum etc. Et enim non solum inter deum et angelos vel
inter angelos et homines sed in ipsis etiam angelis intelligi oportet. quem superiores inferiores
reducuntur ad divinam cognitionem. quoniam et in ipsis angelis ordines sunt. alii
superiores. alii inferiores. et quoniam superiores sunt capaciores divine claritatis [illegible] et
ad eos qui sequuntur per se illuminandos transfundunt. et in ipsis etiam ordinibus in quibus
primi patet dispositionem multi equales sunt. hec lex diffinito firmat. ut sint
in eis divine perceptione. alii primi. alii secundi. alii tercii ultimi. et tamen etc. que ordine
pares sunt. non sunt inquit perceptione equales hoc est quod dicit. Etenim non solum
in superpositis et submissis animis .i. spiritibus. sed in eque potestatibus ipsa lex diffinit
a supersubstantiali principio ordinationis omni hoc est id est per [illegible] ierarchia .i.
sacra ordinacionem esse et primas et medias et ultimas. et ordinationes et
virtutes. et in ipsis ordinationibus et virtutibus divinores per esse doctores et ma-
nuductores minorum. ut eos doceant et adducant in divinam adductionem
et illuminationem et communicationem in adductionem. provisione. illuminationem. progressionem
in cognitionem propriam. Video autem etc. Et hoc inquit patet quia a deo
mandant hominibus per angelos initiant. quoniam et ipsum divinum misterium humanitatis

Video aut

xpi angeli docuerunt. tam eos qui preierunt et precedebant quam eos qui sequebantur et
subsequuntur. Deinde h(oc) e(st) consequenter per ipsos angelos in nos scientia gratie descendit. Sic ergo
et in illis xpi nativitas per angelos initiata est. nativitas quidem primitus dei eius
per gabrielem angelum legitur initiata. Sic inquit divinissimus gabriel et zachariam
summum pontificem sacerdotem docuit mistica. h(oc) est primum nasciturum corpore contra spem
quia ex sterili matre et sene patre. gratia divina prophetam fore manifestandi virilis
operationis divine ihesu et mundi divinus et salutaris. ac si diceret. divinissimus gabriel docuit
zachariam summum sacerdotem quod puer nasciturus corpore prophetam fore operationis ihesu vi
rilis quia in natura humanitatis quam secundum carnem assumpsit. effecta est et divine quia
per potentiam divinitatis in qua et carne sua operatus est facta. operationis dico mundo ma
nifestande prophetam divinus et salutaris h(oc) e(st) ad salutem mundi divinus proventuram
docuit et idem divinissimus gabriel. mariam quo fieret complendum divinum mi
sterium ineffabilis divine formationis. q(uod) s(cilicet) divina operatione ineffabiliter super usum et
legem naturam in ydinnemento ubi etiam inhabitat formatur. Et alius angelus
docet alius erudiebat joseph quo implerent ea que promissa erant divinitus
i(d est) a deo progenitori eius david. alius inquit rursum evangelizavit pastores tamquam purgatos
i(d est) puros effectos multorum receptu. i(d est) separatione vel segregatione multitudinis et
tumultus et strepitus et purgatos ex silentio. i(d est) quiete mentis. et pace interiora
ut in illo ipso digni evangelico et angelico fierent eloquio. quia seorsum a
multitudine ad semetipsos redeuntes in silentio et quiete mentis constituti
spiritualis annuntiationis capaces efficiuntur. Supernaculi(?) crescente gratia post humanis
evangelizationem celestis exercitus multitudo audivit. quia illa ubique laudabilem doxo
logiam. i(d est) hymnum glorie. tradebant hiis qui intra sunt hominibus. s(cilicet) bone voluntatis
respicia quod inter. ac si diceret non solum misteria que dei ubi incarnatione hominibus per
angelos initiata sunt. apparet qui divinorum cognito ipsis mediantibus et institutis
bus ad homines descendit. Sed in ipsa quidem persona ubi incarnari idem videri potest
que licet deitatis maiestate angelis imponeret. ea tamen que erant eius humanitate
tempaliter facienda sciunt per angelos voluit dispensari. In illo ipso conditorum humanitatis
dignanter suscipiens. que omni nititate tacuis sola dispositione ad pontifices humilibus
et concordem iure invitatis dispositionibus angelicis se inclinavit respicientiam inquit
ad excellentissimas operationes eloquiorum sunt. i(d est) ad apparitiones ipsius ihesu xpi quia
videmus ipse ihesus qui hinc est enim in carne assumpta invisibilis apparuit. dum cap
pitones sunt excellentissime existunt pretiis omnibus apparitionibus eloquiorum. i(d est) pretiis
omnibus apparitionibus que in eloquiis sacris inseruit quia inquam ita existit deus
in nobis se manifestavit. sic qui in carne assumpta ipse invisibilis apparuit. Et habet
et apparitiones sunt excellentissimas. omnibus apparitionibus eloquiorum respicientia incarnatis
esse h(oc) e(st) propter. quia divina archana in homines per angelos dispensavit. Et enim
erat illum hominem. qui super omnes homines est angelica dispositione non esse re
putandum. quanto magis in eis qui peccato obnoxii sunt. et in tenebris ignorantie
constituti. probat esse necessaria in illo quoque homine. qui caput est hominum cognoscere
possumus quid de aliis hominibus membris eius sentire debeamus. Video enim inquit
quod est ipse ihesus super celestium essentiarum supersubstantialis essentia ad id quod secundum nos est
inmutabiliter veniens non resilita se ordinata et assumpta humana ordinatione
ipse inquit ihesus qui secundum deitatem suam quia universa subsistunt. supercelestium
essentiarum. i(d est) angelorum spiritum quam non solum titulo primitate sed et celestia quidem sta
bilitate transcendunt. essentia est. non solum essentia quia in eo subsistat. sed et
super essentialis essentia quia ad eius equalitatem non pertingunt. Ipse ihesus cum
ineffabilis maiestas et divinitatis potentia ipsos quidem angelos et portat. per gratiam

Sic divinissimus Gabriel

Mariam [illegible]

Ast alius

Respicia

!!

Video enim Ihesus

et sustentabit naturam. veniens ad id quod secundum nos est. hoc est ad susceptionem carnis que in-
nature erat et nobis similis erat et immutabiliter veniens. hoc est secundum immunitatem sue divi-
nitatis. non resilit ab humana ordinatione hoc est ab ordinatione secundum legem humanitatis debita
ordinatione dico ab eo secundum ordinata qui prius hominem instruxit. et postea ab eo
assumpta cum humanitatis forma et naturam assumpsit. Si autem humana naturam assump-
sisset et humanam conditionem respueret ab humana ordinatione resiliret. qui enim resilie-
bat esset id quod prius assumpserat. predictorum nature talis hinc veniens ad huma-
per susceptionem carnis ab humana ordinatione non resilit per custodiam humilitatis. Sed obedi-
ens subdit dispositionibus dei patris per angelos ita cuius humanitati administrat et pre-
dictos ipsos angelos i. mediantibus ipsis angelis annuntiat ioseph ut pote pedago-
go infantie eius. recessio ipsius filii dei ad egyptum a patre deo disposita et iterum a
iudea de egypto traductio sive reductio Sed et ipsum mater [illegible] per angelos sub pater-
nis legislationibus ordinatum. ipsum in deum ordinatum per angelos. hoc est dispositum
sub paternis legislationibus i. sub mandatis legalibus que mandata legis quos secundum ra-
tionem patres tenuit et antecessores acceperant observanda. Dubitans itaque mandatis
legalibus ordinatus est per angelos. qui secundum legis patrie precepta et circumcisus est die
octavo et quadragesimo die in templo cum muneribus et hostiis presentatus legem per
angelos datam et observans dux angelorum. Iusto enim dicere ut sicut [illegible] per est
magnum quod dico quia ihesus in humanitate ab angelis sub paternis legibus
ordinatus est. qui in eadem humanitate ab angelo passionem appropinquasse con-
fortatus. Iusto dicere quod fortassis si prius deum non esset inaccessibile omnino non esset
iusto dicere de angelo ipsum ihesum confortante. Iusto dicere quod et ipse ergo secundum admiratione
presentem [illegible] possum. quod taceo et stupeo. quod si insipienti dominus esset. dicere omnino non
possumus. iusto dicere. quod tam magnum est ut operibus sciam comprehendi non posset. tam
admirabilem ut operibus fide non posset credi. de angelo ipsum confortante iusto dicere
quod [illegible] deum putaret non videt. tibi autem sciunt que expressa sunt i. mani-
feste prolata circa traditionibus sacerdotalibus et sacra institutis. et presentat unus
tibi audacter iusto dicere veritate nichil [illegible] de tua fide. que [illegible] et
scandalum non recipit [illegible] quod secundum quod deus est. tibi [illegible]
[illegible] sicut scienti inter sacerdotalibus traditionibus expressa. i. fiducialiter iusto dicere
et de angelo ipsum ihesum confortato autem et hoc iusto et dicere. quia ipse ihesus
preveniens salutationem beneficam et manifestatoriam veniens ordinationem angelus
magni consilii appellatur. hoc est quod ipse ihesus appellatur magni consilii angelus. hoc
hoc est in eo quod venit ad nos preveniens ordinationem. i. secundum quod ordinavit [illegible] or-
dinatur erat nomen in nostra natura que eruditio salutis erat et benefica
et manifestatoria salutis in redemptione. benefica in gratie largitione. mani-
festatoria in glorificatione. Salutaris quia a morte redemit. benefica quia
redemptis ad iustificationem dona gratie contulit. manifestatoria quia deum
iustificandus deum in humanitate invisibilem [illegible] et [illegible] iustifica-
tos per unionem humanitatis ad contemplationem deitatis perducit. Secundum hanc ergo
manifestatoriam ordinationem veniens ihesus angelus magni consilii appellatur
quia ut ipse angelicus dicit. quecumque audivi a patre annuntiavi vobis. Ergo
angelus merito dicitur. unde et ipse salvator nuntius notat qui voluntatem
dei patris nobis annuntiavit. et intima bona sua per [illegible] inter [illegible] ipsi
valde revelat. In quo etiam dignitas angelica manifeste ostendit. quod
et ipse salvator ad nos mandata patris deferens angelus cognominatur
Sed tu summa inter salutis pro redemptione non secundum angelica cognominatione

IHC
mag[ni] c[on]silii an[gelus]

presentis patet quod cetera que ad eandem salutem pertinent angelica administratione dei perveniunt. Et hec quidem de angelica cognominatione dicta sunt.

Hec questio quam in presenti capitulo continet sicut patet ex titulo subscripto. Contraria videtur quod in sacris eloquiis celestium spirituum quedam deo per assistentiam faciemque eius speciem videre perhibent. quedam vero foras ad operationa ministeria completa mitti dicuntur. Hinc namque contrarium esse videtur quod hii qui per missionem divino assistunt ad operationa mittenda non operantur. Hii autem qui foras mittuntur divino conspectui immobiliter sine intermissione non assistant. Exemplum quidem est in libro Danielis prophete. Milia milium ministrabant ei et decies millies centena milia assistebant ei. In qua distinctione per assistentes hii significati esse videntur qui ad operationa non exeunt, per ministrantes vero hii qui ad operationa exeuntes per hoc non assistunt. Propter quod quia inferiores similiter et posteriores ordines ad operationa exeunt, superiores tamen et excellentiores divine contemplationi sine intermissione assistunt. Pauciores assistentes plures vero ministros esse perhibent. Etiam tamen novem sunt ordines angelorum. duo tamen id est angeli et archangeli pro eo quod ex officii sui distributione mitti habent, exinde ipsa cognominationem susceperunt. Angeli videlicet nuncii. Archangeli vero principales nuncii dicti, eo quod et alii minora id est non maiora quedam ex ministerii dignitate annuntiant. Sed quia rursum in scriptura sacra quosdam de superioribus ordinibus missos legimus, sicut in Ysaia unus de seraphim volasse ad prophetam atque labia eius carbone quem forcipe de altari tulerat tetigisse memoratur. Et in epistola ad Hebreos apostolus omnes administratorios spiritus in ministerium missos testatur propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Magna nobis ambiguitatis difficultas oboritur. Et quid per hoc intelligere possimus assequendum sit non facile invenitur. Auctor hanc questionem in hunc modum solvit. Nomine angelorum inferioribus tamen ordinibus et quod ex officio proprie operationa initiare habent convenienter testatur. Est quia divina secreta que ab ipsis inferioribus operantibus ad cognitionem [illegible] deferuntur [illegible] superioribus initiantur. Non quod angelorum superioribus esse communicabile. Qui licet ad operationa initiando non operantur cantur tamen que operationibus initianda sunt. Desuper ipsi accipientes per legem divine ordinationis ad inferiores. Et per se subsequentes ordines initiando transportant. Communique virtute et gratiam et proprietatem inferiorum ad superiores participationem propterea que et cognominationes inferiorum ad superiores transisse. Licet autem et gratiam et proprietatem superiorum non omnino inferioribus esse communicabilem. Et ideo cognominationes que ipsorum sibi vindicant ad inferiores non posse deduci. Aliquando tamen inferiores que superiorum proprietatem ex officii similitudine susceperunt nomine que ipsorum in eiusdem officii constitutione assumunt. Hinc est illud quod superius commemoravimus quod angelus qui prophete labia attingit et purificat vocatur seraphim dicitur quia in huius operis qualitate ardentem sive inflammantem proprietatem continebat. Aliud vero quod apostolus dicit omnes esse administratorios spiritus et in ministerium missos. Hoc modo intelligendum putat. Quia sicut superius diximus illi quoque non in quemquam missi dicuntur. Qui licet ad operationa non operantur [illegible] tamen que operationibus initianda sunt inferioribus et subsequentibus ordinibus initiando transportant. Alii putant omnes celestes ordines tam superiores quam inferiores proprie et loco et ita ad operationa dirigi. Eos tamen qui hec ex officio proprio habent specialiter angelos seu archangelos cognominari. Ita quod omnis aliquando mittatur. Apostolus in eo quod superius commemoravimus testimonio asserere videtur dicens: Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. David autem et superiores quidam aliquando non ex officio sed ex causa accidentali ad operationa dirigantur psalmista asserere videtur cum dicit: Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Sunt ergo et alii sunt qui ex officio assistunt. atque alii

danielis

Nove ordines

Ysaias

Ad hebreos

Solutio questionis

Quare Seraphi dictus

psalmista

qm ad excelsiora contemplanda conuertunt et tamen assistentes aliquando missi in ministerium deputentur inferiorum suscipiunt. Nomen quoque ipsorum magnificatione assumunt. Quam tamen tu ad excelsiora conuertunt ab intima contemplatione non recedunt. quam illum aspiciunt quem prius ipsis est quamquam vadunt. Et hic modo quando prius quam verba libri distinctionis ad euidentiam dicendorum tamquam conuenientiorum liberius faciendam esse putauimus. Nichil tamen diffinientes sed secretum venerantes quod fortasse nescisse venialis est infirmitas. asserere autem presumptuose dampnabilis temeritas. Hic tamen sciendum est quod auctor illi parti post assumpsit plus videtur quo modo secundum plurimos et non omnes celestes ordines ad excelsiora ministeria et per omnes spectatis participatione quia superiores inferiorum gratiam et virtutem continent. Nomina quoque inferiorum a superioribus assumi. Sicut et aliquando inferiores quam superiores spectatione eo officii qualitate suscipiunt. Nomen quoque illorum per significationem assumunt.

Et quid est quod dicit ad nos etc. Hic incipit est quam superius diximus. tamen angelice significationis

Hierarchie quia multa secreta diuina per eos nobis nunciant. et ideo quia ad nos diuina precepta nunciando deferunt. quoniam ad nos id est quantum ad id sine per id quod nos aperiunt angelorum nomen assumunt. Et quia hoc id est ministerium preceptionis nuncia sedet ad summum cognitorem essentie vero omnibus quo nominat nodum manifestatorie vel auctoritate probatur. Et nunc vero est inquit quod angelorum nomen in sacris eloquiis quantum celestibus virtutibus attribuitur. Hic et quod ait Scriptura ut estimo oportet aliquam causam dicit et si dicatur. Hic nunc quod vero restat quod theologi omnes illas celestes virtutes vniuersaliter angelos nominant. tamen tamen specialiter vltimum ordinem aliorum multa per eum quam venerunt ad nos ad manifestandas ipsas supermundiales dispositiones id est spirituales et diuinas. et inuisibiles ordinationes. ordinem angelicum nominant. completiue tradentes diuinas et celestes res id est nos ad completorem et finem perducentes vel diuinitus in celesti secreta quoque ordinatione dispositas. Preceptum namque diuinum assumens deorsum eumtens per superiores ordines ad inferiores defert. Donec tandem ad summum cognitorem nemens dispensatione compleat. Propter quod et ille ordo celestis ad quem nouissime per suppositas virtutes mandatum diuinitus descendit. Ad eum primi fontis nunciat. completiue siue ad completionem illud tradere dicitur. quia primus illud in nouissime inuisibili operatione complendum et annunciatorem defert. Hic ergo quod vero est quod sicut nouissimus iste ordo specialiter angelica cognominatione fruitur. omnes celestium essentiarum ordines angeli nominantur. Archangelicos vero supposite archangelicos etc. Et si diceret ipsum quamquam angelicum ordinem vltimum et nouissimum reliquis quoque supernos propinquos diuinas quoque missiones postrema annunciatione essentie et tradentem theologi constituunt. Deinde ipsum non ordinatum sed supposite id est in ordine suppositos dixerunt archangelicos ornatus id est choros archangelorum ornatos et pulcre dispositos qui in ordine ipsis angelis et superiores sunt dignitate et potestate annunciatione. Deinde quoque et constituunt ipsi theologi non solum scilicet secundum angelos sed etiam secundum archangelos. principes id est principatus. et potestates et virtutes et alias essentias id est spirituales naturas. quasque cognoscunt id est ad cognitorem perueniunt. manifestatorie tradentes eloquiorum sacrorum essentias dico secundum firmitates eius superiores. multa angelis vel quasque alias superiores sub dictis omnibus ut sunt non solum dignitate sublimiores sed perfectionis firmitate feliciores. et magis ad eternitatem et immutabilitatem stabiles. Diximus autem etc.

Et si diceret. Cum in illa celestium dispositione alii superiores sunt. alii inferiores superiores quidem omnem illuminationem et virtutem inferiorum habent. sed inferiores superiorum ordinum illuminationes et virtutes omnes non habent. propterea quoque inferiores nomina aliquando ad superiores ordines transferunt. ut potest quam ipsis in eis nominum spectationibus participant. Nomina vero superiorum non ita ab inferioribus assumi possunt. quam ad

eas proprietates nominum universaliter non tulerunt. Hoc est quod ait Divinum autem quia per
omnem statum dispositionum celestium mentium spirituum excellentes quidem sunt superiores
ordines habent omnes illuminationes et virtutes inferiorum dispositionum. Hoc est supremorum ordinum
sed ultimi id est inferiores et medii ordines sequentes non sunt participes omnis sed audit per-
illuminationes et virtutes excellentium scilicet id est eorum que ipsis sunt excellentiores. Illumina-
tiones intelligimus in cognitione veritatis. Virtutes autem in amore bonitatis et perfectione
operis. Ergo sanctissimos et cetera. Divina ait superiores ordines omnes habent proprietates in-
feriorum ergo theologi sanctissimos ordines excellentissimarum essentiarum id est excelle-
ntissimorum spirituum vocant angelos quoniam et ipsi angelica proprietate participant
inferiorum quod licet ad excelsiora nuntianda non vocantur tamen eis qui praesentantur
ordinibus divina illuminatorum quam desuper accipiunt transfundendo et quod nuntiando
manifestant. Ordines vero omnium animorum celestium non habent rationem archas
aut thronos aut seraphym nominandi. Non enim habent inquit rationem ipsi theo-
logi nominandi extremum ordinem animorum celestium id est ultimum ordinem spirituum cele-
stium angelos mentium archas id est principes aut thronos aut seraphym quia
ipse scilicet extremus ordo angelorum non est in participatione excellentissimarum virtutum quare
non possunt angeli principes aut throni aut seraphym nominari. Sed principes et
throni et seraphym angeli nominantur quia superiores angelica proprietate univer-
saliter participant. Angeli vero non videntur superiorum illuminationes et virtutes participare
et eas percipere ex quibus speciales cognominationes accipiunt. Licet cooperte possi-
deant ad dignitatem, tamen cognominationis eiusdem proprietatem non habent. Neque enim omnis
qui aliquam virtutem et proprietate participando habet statim ab proprietate nominandus
nisi illa vel inter ceteras singulariter vel perfectius excellenter obtineat. Non enim omnis
qui aliquid sapit statim sapiens nominatur vel qui recte quidpiam fecit continuo
iustus dicitur. Sed qui plus quam ceteri sapientiam et iustitiam vel excellenter vel singulariter
obtinet sapiens et iustus propria et expressa cognominatione appellari debet. Sunt itaque
celestes illi ordines spirituum secundum proprias cognominationes habent in quibus dispositi
non quod singulariter accipiunt sed quod possideant excellenter. Seraphym namque
quia ex amoris caritatis sunt tamquam vicinum et proximum et ipsi ardentes sunt
et alios accendunt excelse ardentes sive incendentes interpretantur. Non quod soli
super ceteros habeant singuli sed cum ceteris et perfectius excellunt et tamen soli spe-
cialiter ardentes vocari debent quia ipsius amoris igne et primum concipiunt et fortius
ardentes ad ceteros quod accendentes flamma dilectionis emittunt. Sic et che-
rubyn quod plenitudo scientie interpretatur quia maiorem perfectius cognitionem habent id est
sunt ex eo soli accipiunt nomen quod cum ceteris possidentes perfectius omnibus
excellentius omnibus perfectius meruerunt. Throni quod dei sunt ideo quod in eis
deus sedet et iudicia sua disponat. Sed quia quod excellentius ceteris et minime
accipiunt proprie hoc corporis specialiter cognominationem tenent. Et ad hunc modum de ce-
teris ordinibus intelligendum est ut in illis medii eandem singuli proprias cogno-
minationes accipere quod excellentius probantur quod dono gratie possident. Ergo omnino
non comprehenda quo et que magna animo confusione videatur. Si non
adversa distincta non sunt. Secundum enim ut dictum est in illa celesti dispositione
singuli quique ordines excepta proprietate singulares cognominationes tenent in
ceteris excellentiores esse probantur. Sed supremorum ordinum omnes illuminationes et
virtutes superiores habet et excellenter possideat. Michael propositis consequentibus

non digna voc

pluto

quod ordinibus singulis requirit. ex quo patenter dicta quod inter ceteros cognominationem
sortiantur. Unde oportet diligentius considerare quadam duplicem simul unum sit quod multa
celestium ordinum superiores velut et excellentius estimatores et dona possideat. et tamen
singuli quique ad proprium ac speciale retinet. Unde ipsa dicta quod appellatione signi-
ficat. Seraphym namque communi nomine singularem dilectionem exprimit. Cherubym
autem excellentiorem cognitionem innuit. Constat non minorem unum dilectionis excel-
dunt. Constat tamen quod qui ardentius diligunt perfectius perspiciunt et subtilius di-
cernunt. Quem omnes magis respiciunt proculdubio evidentius cognoscunt.
Quo vero ordo Cherubym quod singularis quod plenius cognoscat. Sed si hec aliis excel-
lentius in summe retinet. Unde ipse appellatione sortitur. Licet non quo hec fortassis
adhuc non inconveniens sentimus. ita tamen si solertius veritatis ulla prejudicium
veritate violet. Si namque potest ut licet omnia virtutum dona superiores ordines
excellentius possideant. ab hiis tamen que inter ipsa virtutum dona sublimiora
sunt solis cognominationem excellant. atque alia que ordine dignitatis secuntur
posterioribus ad denominationem relinquunt. Quemadmodum teste scriptura omnia
virtutum dona caritas excellit. Propter quod congruus erat ut ille ordo qui omnium eminen-
tissimus est caritate sola singularem sumeret insignem dilectionis appellatione. quamvis et alia
quoque dona virtutum excellentius possideat. a quibus appellatione et vocabulum sumere potuisset.
Scientia autem cognitionis veritatis post amorem virtutis proxima dignitate cognoscitur. Ideo
ab ipsa qui dignitate secundi sunt post primos angelici spiritus merito cognominantur. Indi-
cium autem discernende veritatis quamquam summam adhuc quod dubia hic multum et suspensum
in qua veritas non cernitur [illegible]. perfecta cognitione caret. et ideo quia ipsum per plenam contemplationem
per duas potestates ordinum nomine dedit. [illegible] summe cognitionem respicit. Nec
ipsis data sunt. intelligere oportet. Licet illic iudicium non est ambiguum. diffinitio-
nem veritatis discretio. utque ubi manifesta sunt omnia ad complacet destituitur. si quod
estimamus. qui sapientia simplicitate et veritate meditatur. iudicium autem per bimembri
lectionis ad diversa secernenda reperitur probat. Unde excellentiori cognominatione ab ipsa
sapientia sumenda erat. propria ordo excellentiori designandus erat. Quamvis licet et
sapientiam et iudicium ut potestate sublimiori et perfectiori plenius possideat. a sola tamen
sapientia vocabulum sumens secuntur post se ordinibus iudicium cognominationem relinquit. Secundum
itaque comparationem omnis angelicas cognominationes interpretari volunt. nichil fortassis
inconveniens erit. Si omnia virtutum dona superiores ordines perfectius possideat. et
tamen inferiores ordines compulsoria specialiter donis propriis cognominationes sunt. de
ipsis autem ordinibus angelis infimus quidem et ultimus eadem sua constat omni-
um. Seraphym loco supremo ponitur et primos. Cherubym. ac deinde thronos
ubi qui statim scripture testimonia novit intelligentiam esse potest inferiores ab
uno summo ascendentibus. primum angelos atque archangelos collocari ma-
nifestum est. Sequentes quatuor ordines. quidam hoc modo disponunt. ut atten-
dentes de ordine: primum dominationes. deinde principatus. deinde potestates. deinde virtu-
tes constituant. ut in hunc modum novem ordines tribus ternis distinguant. quorum
primus et supremus. seraphym cherubym et thronos continet. Secundus et medius
dominationes principatus et potestates complectitur. Tertius et infimus. virtutes archan-
gelos et angelos disponit. Sic quod ab uno summo primum angeli nuncupantur. deinde
archangeli. deinde virtutes. deinde potestates. deinde principatus. deinde dominationes.
deinde thronum. deinde cherubym. deinde seraphym. Theologus autem primum

anglos ponit. deinde archangelos. deinde principatus. et hos primo triadi deputat
Inferius autem secundum potestates. deinde virtutes. deinde dominationes. constituit. In medio vero supra
thronos. post cherubym. postea seraphym. ab inferiori ad superiora progressione facta
collocandos censet. Sed in hac via explicita distinctione sed maxime considerare
oportet. quod supremi quidem tres ordines. i. seraphym cherubym et thronorum. conpetunt
singularis excellentie et dominationis sue ad interiora tantum respicere videntur
amare deum et cognoscere et meditari intus possidentium. et conversione ad inte-
riora. secundum ipsum est. Ultimi vero tres et ultimum postremi ordines competente
cognitionis sue ad exteriora solum secundum officium ministerii sui disponi ac probantur
sive angeli et archangeli pro eo quod agenda queque et manifestanda hominibus
expertius nuntiant. sive principatus pro eo quod que circa homines administranda sunt
et dispensanda invisibili potestate dispensant. Medii autem ordines. sic disponere
ita officia quoque inter invisibilia et visibilia sua videntur. et que a superioribus
ad inferiora descendunt secundum dignitatem et officium suum administrare. Inferius
autem dominationes prime sunt. que singulari excellentia invisibilium administrationem
in virtutibus solo imperio formant. Virtutes autem secundo que preceptum imperium competens
in potestatibus edunt. potestates vero tertie. que conceptum mandatum in principatibus
archangelis et angelis sibi ad operationem subditis preficiunt. Quia autem post angelos
et archangelos constituit virtutes illos nimirum spiritus intelligi voluit per quos
frequentius signa et miracula fiunt. ut intelligatur quod postreme dispositionis ordo et pre-
latus fuerit. cuius ministerium ad exteriora sola dispensanda ordinatum est. Principatus
potestates vero dicit illos spiritus nominari. quia adversas virtutes subiectas habent et eas
secundum data potestate libere comprimunt ne tantum nocere valeant quantum volunt. Principatus
vero appellatos putant eos nimirum spiritus. qui ipsis bonis angelorum spiritibus
prelati sunt. quibus divina agenda queque imperant subditis ad complenda ministeria
divina principantur. et superiores consistunt. Dominationes autem dicas qui etiam principatus
excellentiori potestate transcendunt. ut ipsos quoque subditos habeant qui aliis ad
ministerium complendum meruerunt. Hec sunt de ordinibus angelorum et nominibus ad
utramque naturam prelibanda esse putavimus ut semel dicta lector ad singula
queque prout ratio dictaverit et poposcerit etiam in consequentibus commemoranda super-
ius. et fortassis sine his obscura dicenda existimat et minus adiripiens textus
dictorum complanando reuitant. Sequimus autem quia non sunt [?] theologi
nominandi angelicum ordinem. archangelos. aut thronos. aut seraphym et ipse
universaliter angelicus ordo non est in participatione illarum excellentissimarum virtutum
ut ipsis participet in nomine quibus non participat in nominis proprietate. Sunt id
per consequentibus probat verbis. quia inde angelicus ordo excellentissimis virtutibus
non participat cum ipsis. sed quod participat atque a complenitudine principatum atque
Sic itaque angelicus ordo excellentissimis virtutibus subiectus est ut non participet
cum ipsis. sed conpletis sed sic ipsos magis. Et si dicat. Sic ordo ipse angeli-
cus eos qui in nominibus ad divina cognitionem reducunt illuminando et erudi-
endo reducit. sic et ab hiis qui cum ipsum sunt virtutibus divina ipse illuminationem
suscipit. Hoc est quod ait Sicut ipse. i. sanctos viros medijs angelicus ordo in nos
divinos summos sacerdotes. i. sanctos viros qui sacra divina ab angelis i. mediante
susceperunt et nobis tradiderunt. reducit ad cognitionem ei divinitas subjectos
divinam cognitionem quam ipse percepit. et perceptam habent. sicut ipsum etiam
reducunt virtutes celestes quo sunt ante se. i. ante ipsum vel super ipsum

Nota in sacris
ordinum distinctionem

virtutes dicte vel sancte vel omnino sancte ut possint per excellentiam sanctitatis sed presentis
esse subiecti et sunt ex ipse virtutes sancte addimus scilicet ostendendo et cognitorum divinitatis
danda. Dispositionem ostimatur angelicas ierarchias id est dispositionem que presentat vel presta
continet secundum hanc angelicas ierarchias hec est intellectus ultima dispositio in qua est ordo
angelicus in eo quod prefectus est ostimatur et in eo quod ultima est omnium sanctorum ierarchie
tiam. Hanc sit spectabilis in templo error tavendus est qui celestes virtutes in
mundas dei opistimatur etiam quo pameron id est vel sancte vel omnino sancte vel
vel sancte vel sine sancto intelligendum putavit. Unde quod quis etc. Non possint inferiores
inferiores ordines superiorum nomina assumere quia in eadem excellentia virtutis tunc eius
non participant. Nisi quis dicere velit propterea nominationes angelorum omnes tamen et
debere quia omnis per unum lumine adeo datum subiecti participat et ipso lumine percepto
conformes sunt et unius superiminentes cointinentes in uno lumine participes constituit
Unde dicit. Quis est hoc dixit omnes angelicas ierarchias tamen esse secundum omnium
celestium virtutum substantie in lumine sive ad lumine deiforme et a deo datum participi
ordinum. Et secundum contractam supereminentes ordinum spiritualis ut quecumque una gratia ad
omnium participatam se diffundit. Si una omnibus ierarchiatus ierarchialis lumen possit
sed ut magis altos vero deum dictata sit ostendimus etc. Et magis possimus in
quid mediatur habent tamen utrumque intellectu ierarchiationes angelice quies esse debeant
aut non considerabimus scilicet substantias et detractas potestates beneficium dispositionis sancte
sancte in eloquiis sancte. Expectatibus cum veri sanctarum constituant diligenter fortasse potest
agnoscere utrumque contractam nominationis ad esse possit quibus et si gratia una insunditur
una tu inenarrata ac proportione non dat.

Quanti quidem sunt et quales super celestium ornatus etc. Dicit in hoc
capitulo de sua dispositione ipsorum ordinum quarum prima et summa tres ordines co
tinet seraphyn cherubyn et thronos. Secunda et media similiter tres dominationes
virtutes potestates. Tertia et ultima tres similiter principatus archangelos et angelos
quibus nonne ordinum dispositio consumatur. Dicentes ac de rebus tam sublimibus et ab hu
mano sensu remotis propriam ignorantiam sua publice confitetur ostendens secreta illa
celestia non solum hominibus ignota esse sed absconditis quod angelicis spiritibus perfecte ut sunt omnino
comprehendi non posse solam ipsam a qua sunt divina virtute perfecte scire quod si hoc est ergo quanti
Quanti quidem et quales sunt supermundanalium celestium ornatus et quos per eos ie
rarchie perficiuntur solam diligenter scire dico contemplatorum eorum perfectionis principem
id est solam divinam sapientiam que et principium esse ut sunt et ad ipsam contemplatorum
respiciunt ut perfecti sunt ipsam quam magis sapiam divina scire dico quanti et quales sunt
ornatus super celestium ornatus id est supercelestium naturarum quia numerus quales adeo
contenti sunt nisi ipsi perfecte comprehendere possunt pretera magis dico. Ad hoc autem et cognos
cere ipsas virtutes et illuminationes et suam sanctam et secundum ordinatam ordinationem
Sola ergo que fecit divina sapientia perfecte comprehendit et quales eos fecit et qualiter
disposuit ut magis ope demonstravit quod in catalis in magestas omnem creature possibilitatem
transcendit. Et ad semetipsam ex comprehendenda nequaquam ipsa creatura sufficiat
impossibile enim nos scire etc. Hoc autem vel mirandum si nos dixit non possimus
scire quod ipsi ex deo non possint comprehendere qui eo ipsi ex quod de illis scimus non ita
perfectos adeo datum et instructum scire possimus propterea impossibile est nos scire de ipsis
ad hoc quod divinitas perfectos nos docuit. Unde ibi dixit quis etc. Impossibile est nos scire
nisi quis dixit ibi nos tantum modo scire ubi per eos edocti sumus. Quatenus mysteria
id est secreta divinitatis. Divinitas per eos nos docuit tamquam bene scientes ipsa mysteria
bene ergo sciunt ipsa mysteria quantum sufficit ad nostram eruditionem et hoc nescimus

quod sufficiat ad plenam et perfectam comprehensionem. Non ergo nos quidem etc. Quid quidem magis
magis nichil per nos de ipsis scire possumus quam ab ipsis didicimus. Ergo nichil que de ipsis
dicere volumus. Non distinguimus nos, id est, corporeo sensu vel motu, sine cogitatione intellectuali
sed quecumque sancti theologi per contemplationem de ipsis angelis speculati sunt nos com
mittentes quam possimus sancte per dicemus. Omnes theologia celestes essentias, id est, spiritus
vocavit theologia novem manifestatis cognominationibus, id est, distinctis per nomine ma
nifestas et evidentes cognominationes, scilicet angelos, archangelos, principatus, potestates,
virtutes, dominationes, thronos, cherubim et seraphim propriis vocabulis distinguens
has noster divinus magister etc. Dionysius scilicet quem perfectissimum nomine hic melius significasse
credit quam apostolum Paulum in quo baptizatus et in fide catholica eruditus fuit
qui usque ad tertium celum in paradiso dei raptus, ibi quam secreta que non licet homini
loqui audivit. Quamvis de hijs habere mente mortali cognoscere vel utile vel possibile
fuit, tamen habere uno sancto quam alijs qui prophetia dei humana intelligentia comprehenderunt
ad mediam positatis iussit. Tandem per eos per revelasse putatur. Thimotheus quam autem
totalitate fieri sacris quam scripturis testimonijs fultus. Celestium cognitorum intrarum
deduxit. Habet noster scilicet essentias, id est, hos novem ordines. Sicut in suis perfecti
significat, id est, distinguit intra suas dispositiones et prima quidem etc. prima quod
dispositionem dicit circa deum esse perfecte constitutionem neque ad quam aliquid communi
et tradita, id est, ordinata et disposita unitive ipsi scilicet deo, id est, ut ipsi uniatur deo alias
celestes scilicet virtutes que sunt per ipsam et immediate uniantur ut ille sunt circa
ipsam sanctissimos enim thronos etc. ait ergo ipse pastor et doctor noster. Dionysius
eloquiorum manifestatorum sed autem tradit ait per hijs. Sanctissimos thronos et
pennosos ordines hebrea voce nominatos cherubim et seraphim collocatos
scilicet cherubim per contemplatores, pennosos seraphim per ardatores. Hos scilicet ordines, id est, thronos
et cherubim et seraphim ait ipse collocari circa deum immediate [illegible]
qua sicut ad deum suppositam et excellentiorem alijs omnibus ordinibus divina
ergo sunt ordinata etc. Hos ergo tres ordines ait unam constitue ierarchiam. Per
ad alias eque ordinata intus inquam scilicet ierarchia sicut alijs aliis constitutiones
sunt in singulari gradu. Pares tamen quodammodo omnes sunt in dispositione una quod
sunt aliud equales consistunt quam omnes immediate deo respiciunt. Similiter
in dilectione. Secundi in cognitione. Tertii in dispositione. Quia scilicet ierarchia non est alia
differentior. Vita noster ierarchia alia differentior est quam ista in celsitudinem dei
magis intendes illuminationibus ditatur in ipsa sola principatibus, quia ante alias
et post operantibus qui non per alias. Dicunt enim illuminationes in ista sola ierarchia
ante alias operantur, que omnes per hanc ierarchiam ab ipsis divinis illuminationibus
illuminantur. Secunda non esse ait etc. ordine tamen conumerato ut dominationes scilicet
scilicet virtutes etiam potestates intelligantur. Et tertiam novissime etc. subaudiendum
est assumptam ait ipse magister noster. Tertiam celestium ierarchiarum novissime col
locatam dispositionem angelorum, archangelorum et principatuum. Ubi si queratur
cur hac Paulus in epistolis suis tamen angelorum dispositiones distinguendo enumeret,
in hac ordine non servavit tamen talem esse ordinem in eis alijs astruxit potest
dici. Illic enim non tamen ordine disponendi celestium quam nimium complicare voluisse
et maxime cum in uno loco quosdam tamen enumeret. Malo autem eos quos illic
tacuit sine aliorum repetitione complevit, in quo manifestum est, quod si ordinem
tantum attenderet simul omnes in una vocationis serie complicare studuisset

Et quidem

Pulchre quod prima

viciña

Et si qua alia racio est que adhereat aliorum convenienter respondere possit

Hanc nos accepimus sanctarum ierarchiarum ordinem. postquam enumeravit ordines celestium ierarchiarum hic de immensitate et significacione cognominacionum tractare incipit. et primo de hiis qui in prima sunt ierarchia computati scilicet seraphin et cherubin et tronis. primo propter auctoritatem appellacionis virtute eorum divinans. Hanc nos accepimus et hanc ordinem sanctarum ierarchiarum que superius diximus nos accepimus et appellatur. dicimus quod quia omnis celestium mencium cognominaciones declaracionem habent unicuique deiformis proprietatis. omnes enim cognominaciones sanctarum mencium propriam declaracionem habent deiformis proprietatis unicuique. hoc enim unicuique ordini cognominacio declarat quod proprium est illi et singulare per excellentiam donum indifformitati collatum. omne enim gratia ad dei similitudinem animam reformat. et tamen quamvis ipsa una forma singulis collata est. propter hoc sic distributa est in munere sic distributa est in appellacione. Et quidem sanctarum seraphin etc. dicimus igitur quod omnis celestium mencium cognominaciones declaracionem habent unicuique deiformis proprietatis. nos dico. scientes nominacionem seraphin hebreorum sunt etc. id est hebraice sic appellant manifestare aut incendentes et calefacientes etc. ubi subaudit nominacionem. cherubin scientes manifestare multitudinem aut infusionem sapientie. ut in ipsa expressione nominis spiritualium declaret gratia donorum. que et si singularia non sint excellentia tamen constant. pulchre quod prima celestium etc. hoc est inquit et pulchrum et conveniens est ut prima ierarchia superius stat excellentiores. qui et ipsa ordine celestis altior est ierarchiis et deo vicinior. circa ipsum immediate id est nulla alia inter ipsam et deum consistente collocata est et propter ea quia deo etc. ideo theophanie id est divine apparitiones vel manifestaciones sive illuminaciones primo operaciones a causantes scilicet incausatum non perturbatum sic omnes sunt operaciones divine illuminacionis incausata sine causa. sic perturbatur id est causa et perfectiones celi donorum spiritualium in ipsam primam ierarchiam primitus et principaliter deferunt quam mediatas consimiles et subditas. quippe que omnem spiritualis gratie participacionem non nisi ipsa mediante concipiunt. Calefacientes quod etc. quod quidem divine illuminaciones et perfectiones in ipsam principaliter deferunt. ideo qui in ea sunt ordines constituti alii igne amoris continue calefacientes nominantur sicut seraphin. alii iudicio veritatis potentes. thronorum alii cognitione sic lucentes et illuminantes fusione sapiencie sicut cherubin appellant. manifestativo nomine disposicionis habitudinem. quod ipso quippe nomine appellacionis manifestat utriusque disposicionis habitudinis ut in ipso nosceretur divina similitudine preditum. quo distincta ac singulari appellacione noscuntur signati nam quia in uno quoque ordine distincta nominis singulariter gradatim ac propriam vocat habitudine divine participacionis subiecta sententia probat dicens Mobile omnium semper eorum etc.

Quid est illud angelorum nobile spectaculum ita divina et inaffabile et calidum et acutum et
superfluidum orationis semper intente et forsan in fine. Et inaffabilis spiritus sibi dixerimus
quam dilectio hec est fortassis parum dixisse vocabulum nescientibus quid sit dilectio
unguinis enim parum dicit quam dilectorem dicit nisi forte per ea dicat dilectorem. Non autem
iste per ea dilectorem dicere voluit qui tam multa de dilectione dixit. Nobile inquit
et inaffabile et calidum et acutum et superfluidum. Nobile quia vita. inaffabile
quia perpetua. calidum quia amor. acutum quia sapientia. Unde satis est hec. vita
dixit. perpetua nominavit. amorem posuit et sapientiam adiunxit. et totum hoc ipsa
dilectio est. et una dilectio est. Vis scire quia dilectio est eandem dilectivum et dilectorem
commendant dilectionem. Qui non diligit manet in morte. ergo dilectio vita est
et qualis vita. Caritas numquam excidit. Si enim caritas numquam excidit vita perpetua
est dilectio. et quid amor. Ubi calidum illud et fervidum ostenditur potius in dilectione
ubi fervorem et calorem amor habuit. vel ubi amor sine calore et fervore facit
ambulantes et euntes precedentes et sequentes. quid dixerunt de ihesu quem
audierunt et non cognoverunt in via. Ambulabat enim et movebat in spatia
dilectionis acti. quia si starent non amarent. Nobile enim amoris est sicut et
calidum ut non tepescat. nec tepescat dilectio. Ambulabat ergo in nobili amoris
et ardebant in calido. et dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum ihesus
dum loqueretur nobis in via. Anima enim ambulabant nobile habebant et calidum quia
ardebant. acutum autem non habebant quia non cognoscebant. Propterea enim quia
acutum non habuerunt audierunt. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que
locuti sunt prophete. Ergo hebetes sunt et tardi ad cognoscendum. sed non tepidi aut
pigri ad diligendum. Et ita prius tamen dilexerunt postea cognoverunt ut acutum
dilectionis esset. Sicut et calidum prius calidum postea acutum. propterea non dixit acutum
et calidum. sed calidum et acutum quemadmodum prius nobile postea inaffabile. ut
nobile ad inquisitorum pertineret. inaffabile ad perseverantiam consisteret. calidum ad
sensum inunctionem. acutum autem pertineret ad comprehensionem. Designat enim acutum
impetum quendam amoris et vehementiam desiderii ardentis. fervens sit in actu
et intentus et penetratus ut ibi sit ubi est ipsum quod amat. tu ipso et ipso
ut non solum ab ipso calidum sit. sed transeat acutum in ipsum. Potest enim calidum
esse et de longe calefieri cum hec satis et amare. ita absente et presente non inherere
vel penitus possidere. Sed non erat amor iste perfectus neque amabilis multum nisi
acutum faciat sibi et transeat omnia et penetraret. donec ad dilectum perveniat
immo potius in dilectum veniat. Si enim in dilectum non vadit, adiungit foris amans
neque acutum habens dilectionis sed hebes et torpens dimissus manens et extra
alius. ut unum non efficiamus. Amor autem unum te facit velut tu ipse. et ideo
penetras omnia. et approximat quantum potest ad unum ipsum. Considera modo quomodo
acutum amoris habebant de quibus dictum est. Ubi erat impetus spiritus illuc
gradiebantur. Impetus namque ipse acutum fuit. Sit et liquidum in alio quodam
loco acutum nominat dilectionis et puto quia sponsa erat que loquebatur
et non oportebat dicere ad autem approximi paucorum a timide adduci. Dilecto loquens
nominatum est pacatum in blandimentis dilectionis. Ita et ipsum liquidum penetret
sicut acutum et non cessat donec ad intima perveniat. Dilecto ait anima
mea liquefacta est. ut dilectus locutus est. quesivi illum. Propterea enim quesivi
illum quia liquefacta est ad illum. Nisi enim liquefieret ad illum non curreret
post illum. sed dura staret et non incideret. Nunc autem liquefacta est et currere

cepit. Sic ergo cum ad statum venerit dum praevenit dilecto et hoc quasi ineffabili intimo affectu ut
praeveniendo dum intrat et penetrat et dicit: Tenui illum nec dimittam donec
introducam in domum matris meae et in cubiculum genitricis meae. Introducta inquit cum
in domum matris meae et in cubiculum genitricis meae. Ergo ipse ad te introibit ut tu
ingrediaris ad ipsum. Tunc enim tu intras ad ipsum quando ipse ad te ingreditur. Quando amore
illius cor tuum penetrat et ad intima cordis tui dilecti amoris pertingit. Tunc intra
intrat ipse et tu quasi intrabis te ipsum ut ingrediaris ad ipsum. Sed tu ipsum ad te introdu-
cito nec qualitercumque modo ad te introducto ut maneat. Sed subsistat contra apud
te vel in portis tuis vel in atriis tuis sive cum hospite domestice. Aut certe solum
in domo tua quia non multum est neque magnum hoc dilecto magno. Usque
usque ad thalamum perveniat et cubiculum ingrediatur et usque ad interiora penetret
et intimis tuis requiescat. Adhuc amplius dicta quia et cubiculum genitricis
forte non amat nisi in cubiculum genitricis introducat. Ubi dilectio magis tenera
est et blandimenta dulciora ut apud te durum aut rigidum inveniat nil
truculentie sed totum liquefiat et mollescat igne dilectionis. Tunc enim nec
duritie obsistat ut ad intima caritatis perveniat et acutum fiat omnia penetrare
dilecto. Hoc nobis dicendum erat pro acuto dilectionis et liquido ut intelligas in
amoris et dilectionis quanta est. Sed tu hoc intelligere potes qui dilectio supereminet
scientie et maior est intelligentia. Plus enim diligit quam intelligit et intrat dilectio
